sed ombra distinctum, iuxta quod legitur sic: AL||DVS. Errata in paginarum numeris sunt tomo I.: 168 loco 182; 187 loco 189; 342 loco 234; 252 loco 233; 266 loco 267: T. II. vero: 73 loco 93; 130 loco 131; 131 loco 132. 254 et 255 dupliter numerantur. In fine *f.* 3 variarum lectionum, ante in titulo datam loci et anni inscriptionem, extat signaturarum series sic scripta: „1 aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk || ll mm nn oo pp qq rr ff tt uu || xx. A B C D E F G H I K L|| M N O P Q R S T. || Quaterniones omnes, exceptis primo,: || & secundo quorum alter Quinternio, || duernio alter.“ Iuxta *sign.* ad sinist. legitur norma „Demosth.“ Exemplar unum huius familiae, quae tamen priori cedit nitore, bibliotheca acad. Lips. adservat. Eiusmodi exemplaria non eodem modo raro, ut prioris familiae occurrunt, sed correctius sunt impressa. Ceterum duas certe posteriores familias exemplarium litterarum formis adhibitis, et insigni typ. in fronte positu, versuum paginarumque diversa descriptione et in fine data inscriptione valde inter se differre non nemo facile animadvertit. Quae tamen causa Aldum moverit, ut diversis formis bis eadem temporis notatione, Demosthenem describendum curaret, nemo unquam fortasse coniectura assequi poterit, neque quidquam certi ex Aldi ipsius verbis in epistola ad Clarium, ubi leguntur haec: „Nam abhinc ferè triennium desyderanti tibi orationes Demosthenis brevi me informatas mea cura publicaturū recepi. Sed tot id tentanti mihi acciderunt īpedimenta, ut persaepe excudi coeptas ītermiserim, Carteromacho etiam nostro demirante, illudq; Iuuenalis saepe repetente, Diis ille aduersis genitos, fatoq; sinistro, cum ēt admodum quā pauca earum orationum exempla imprimenda curauerim, idq; coactus, quod in nullo ante accidit uolumīe excuso in thermis nostris.“ colligi potest. Sed cuilibet historiam Aldi typographiae perlustranti, praesertim si accuratius, quam adhuc factum, post *Reiskium*, videtur, diversitatem insignis typ. adhibiti expendit, non re vera omnia Demosthenis exemplaria a. 1504, sed multo serius haec posterioris familiae typis descripta et in lucem emissa esse, facile patebit. Iam *Reiskius* hanc a me ultimo loco indicatam Aldinam appellat iuniorem, ob insignis typogr. in fronte positi formam, dicitque: „uterque delphinus inprimis est dissimillimus.“ Eadem insignis typ. forma, quae in posterioris sive iunioris familiae exemplaribus conspicitur, primum in editione Alexandri Aphrod. Commentarii in Aristotelis priora analytica a. 1520 in lucem emissa adhibita est, qua de causa posteriorem quoque vel iuniorem Demosthenis editionem eodem tempore prodiisse puto. Praeter Theocritum Aldinum, quod iam *Reiskius* Tom. I. praef. p. IX sq. adnotavit, eadem fortuna Virgilio contigit, qui primus a. 1514 prodiit, deinde iteratus est cum eiusdem anni notatione: quae repetitio tamen, ut ex diverso insigni typ. liquet, circiter a. 1519, vel paulo post, facta est; cf. quoque *Renouard* in Annales de l'imprimerie des Aldes T. III. (1825) p. 98 sq. Idem fere contigit Iuvenali, cuius item exemplaria diversa extant, sed eiusdem anni notatione. Fortasse, et id mihi probabilius videtur, belli a. 1506 Italiam perturbantis iniquitatibus, quae quoque Aldum Venetiis fugere cogebant, exemplaria Demosthenis plurima nisi fortasse omnia perdita fuerunt, aliaque sedato bello i.e. post annum 1512 describi curavit. *Reiskius* utriusque insignis typ diversi formam repeti quam accuratissime curavit Tom. I. praefat. p. LXXXVI sq., utut diversae typorum formae specimen ibidem p. XXXVIII. exhibuit. *Renouard* tantummodo insigne typogr., quod in priore editione est adhibitum, imitatum repetiit, neque alterum, quod tamen aegre desideratur. Iuniorem editionem diligentius, et e melioribus codicibus ab Aldo curatam esse, dicit *Reiskius* in T. I. praefat. p. VII sq. Secundum alium locum Aldi epistolae ad Clarium *(f. 3 a)*, ubi leguntur: „Itas uero Demosthenis orationes Clari doctiss. nomini tuo nuncupatas, ex Neacademia nostra emittimus, ob multas causas,“ *etc.* ex illa Neacademia prodiit Demosthenes, quae tamen alia est ac illa Accademia Veneta, condita a. 1556, et de qua singularem libellum scripsit *Lunze* a. 1801. Neacademiae illius leges graece conscriptae primus *Morelli* Mil. a. 1806 publicavit inter *Aldi Scripta* tria, sed deinde graece latine *Morellio* interprete et gallice accuratius *Renouard* in Annales de l'imprimerie des Aldes T. III. (1825, 8) p. 211 sqq. Ulpiani commentaria ib. a. 1503 eademque forma prodierunt.

1532, 8. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΙ ΔΥΟ ΚΑΙ ΕΞΗΚΟΝΤΑ.* HABES LECTOR — DEMOSTHENIS Graecorum oratorum omnium facile principis orationes duas & sexaginta, & in easdem VLPIANI commentarios, quantum extat: LIBANII Argumenta: Tum collectas à studioso quodam (*Iac. Rubero*) ex Des. Erasmi Rot. Guilhelmi Budaei atq; aliorum lucubrationibus Annotationes. Ad haec ipsius, Plutarcho Libanioq; authoribus, uitam.

Et lectionem denique variam. *Infra insigne typogr. Infra:* BASILEAE, PER IOHANNEM HERVAGIVM MENSE SEPTEMBRI M. D. XXXII. *In fine f. penultimo:* BASILEAE, PER IOANNEM HERVAGIVM, MENSE SEPTEMBRI ANNO M. D. XXXII. —— 12 *ff.* praefixa, 532 et 507 pp., et 20 *ff.* Ut apparet, duobus tomis constat. Ex Aldina editione a me tertio loco commemorata est repetita, quod et nuper *Maur. Herm. Ed. Meier* in praef. ad orat. in Midiam p. V. confirmare studuit: raroque occurrit. In fine Aldinae editionis variae lectiones leguntur. *Budaei* animadversiones sunt ex eiusdem commentariis Graecae Linguae depromptae. *Reiske* accuratius editionem describit T. I. praef. p. XI — XVI, et de ea p. XII dicit: „Leguntur quidem in hac editione, quae ad Aldinam expressa est, nonnulla melius, quam in Aldina. Sed possunt illa a Sim. Grynaeo, aut si quo alio Hervagius tum uteretur mendarum typographicarum correctore, praefecta esse. Ab Erasmo tantummodo praefatio postulabatur, commendationis ergo, quo liber esset vendibilior. Praestat haec editio multis rebus Aldinae; chartarum magnitudine, typorumque; tum quod appositos statim ad textI oram Ulpiani commentarios habet, qui ab Aldo seorsim editi fuerant; accessit denique huic editioni primae Herwaginae primum quasi fundamentum commentariorum in Demosthenem e scriptis Erasmi et Budaei aliorumque a Iacobo Bubero collecta farrago, in Wolfiana quoque editione servata.“ Rep. 1547; sed conf. seq. Bibl. acad. Lips.

1543, 8. Demosthenis orationum nunc diligenti recognitione emendatarum (*a I. Bern. Feliciano*) Pars Prima. In qva et vita ipsius Oratoris, et deliberativae sexdecim eius Orationes una cum exordiis deliberativis, et duae demonstrativae continentur. Pars Secunda. In qva Iudiciales novem eius publicae Orationes continentur. Pars Tertia. Qvae Iudiciales tres et triginta privatas eius continet orationes. Venetiis apud Franc. Bruciolum et fratres eius. M.D.XLIII. *Voll. III.* —— Rarissima fere omnium veterum Demosthenis, nitida omniumque facile accuratissime impressa editio. Omnes eam magni habent. Emendationes ex non indicatis Mstis haustae unicuique tomo sunt adnexae. Haec editio omnium quae postea prodierunt, fundus fuit, ita ut et orationum divisionem retinerent. Vol. I. complectitur 40 *ff.* praefixa (*sign.* A — E), quorum duo vacant, et 183 num. *ff.*; Vol. II. 8 *ff.* praefixa, quorum item duo vacant, 364 num. et 3 non num. *ff.*; Vol. III. 4 *ff.* praefixa, quorum 1 vacat, et 360 num. *ff.*, quorum ult. falso numerum 358 habet. *Reiskius* ea aegre carebat. *Brunet* in Manuel du Libraire affert satis accuratam huius editionis notitiam.

1547, 8. Demosthenis Orationum, nunc longe diligentiore qvam unqvam hactenus recognitione emendatarum Pars Prima. — Pars Secunda. — Pars tertia. Basileae per Io. Hervagium. *Voll. III.* —— *Taylor* apud *Reiskium* Appar. T. IV. p. 1193 iudicat: „Felicianam etiam, ne litterula quidem immutata, typis suis exprimi voluit Hervagius;“ sed *Hi. Wolfius*, qui editioni praefuit, multa correxit secundum emendationes *Pet. Danesii* et *Vinc. Obsopoei.* Nitida editio.

1549, f. — gr. et lat. Edidit Hi. Wolf. Bas., Oporin. —— Quamquam a *Fabricio* et *Harlesio*, qui *Thottium* sunt secuti, aliisque, ut *Reiske* T. I. praefat. p. XXII, *F. A. Wolf.* Lept. p. 208, *Beck.* de Pace praef. p. 21, *C. A. Rüdiger*, et *Schweiger*, qui et aliam editionem enumerat *s. a.*, quae tamen itidem non extat, haec editio citatur, fortasse non extat. Ceterum iam *Götz* in Die Merkwürdigkeiten der Dresd. Bibl. T. I. p. 260 de hac editione dubitationem commovit: deinde *Taylor* quoque in Pralegg. p. 709 his verbis: „vehementer ambigo de fide istius editionis graeco-latinae Wolfii et aliorum vers. Dem. circa hoc tempus ex eadem officina et in eadem forma, et ad eam ipsam video alludier.“ Etiam *Beckius* l. c. hanc primam *Vuolfii* graecolatinam editionem citat; at si extat, omnium rarissima est.

1554, 8. *Δημοσθένους λόγων τμῆμα πρῶτον.* Demosthenis Orationvm pars prima: In qva Deliberativae sexdecim eius orationes, una cum exordiis deliberatiuis, & duae demonstratiuae continentur. *In fine:* Venetiis, in Aedibvs Pavli Manvtii, Aldi filii, M. D. LIIII. *Voll. III.* —— Vol. II. est Pars secunda: „In qva Ivdiciales novem eivs publicae Orationes continentvr.“; *Vol. III.* autem Pars tertia: „Qvae Ivdiciales tres, et triginta privatas eivs continet Orationes.“ in cuius fine: „Venetiis, apvd Pavlvm Manvtivm, Aldi filivm. M. D. LIIII. —— Tomus vel Pars I. 121 *ff.*, quorum 8 sunt praefixa contextui, et 2 in fine varias lectiones et in titulo datam inscriptionem; tomus vel Pars II. 248 *ff.*, quorum 3 habent varias lectiones et inscriptionem, et 1 vacat; tomus vel Pars III. 243 *ff.* complectitur. In titulo infra insigne typogr. le-

gitur: „*Corrigente Paelo Manutio, Aldi filio.*" Venetiis. M. D. LIIII. Ex *Feliciani* editione negligentissime expressa est, et ab illa nisi fere in operarum erroribus discrepat: itaque non multum valet, quamquam raro occurrit. *Reiske* huius editiones discrepantes lectiones satis accurate exhibuit. Bibl. acad. Lips. Secundum *Renouard* in Annales de l'imprimerie des Aldes T. I. p. 385 duo exx. in ch. m. extant.

1579, f. *Δημοσθενους λογοι και προοιμια δημηγορικα και επιστολαι. συν ταις ἐξηγησεσιν ωφελιμωταταις του Ουλπιανου ῥητορος, τῃ των παλαιων ἀντιγραφων βασιλικων ἐπικουριᾳ αὐξηθεισαις και διορθωθεισαις. δια φιλοπονιας και ἐπιμελειας του Γουλιελμου Μορελιου Τυπογραφου βασιλικου. Ἐκ βιβλιοθηκης βασιλικης. Προσετεθη βιος Δημοσθενους, και ἀλλα πολλα προς τον του αὐτου ῥητορος βιον ἀνηκοντα* etc. Lutetiae Parisiorum apud Ioan. Benenatum. —— 26 *ff.* praefixa, 798 pp., et 1 *f.*, quod inscriptionem continet. Bibl. sen. Lips. Fundus huius nitidae raraeque editionis est illa Hervagiana a. 1532. *Morelius* qui editionem iam a. 1558 condidit, octo codices mstos bibl. regiae Paris. contulit, et discrepantes lectiones in ora exemplaris sui notavit, et scholia multo auxit; sed non satisfecit iis, penes quos iudicium est. *Reiskius* in sua paranda editione hanc substravit, sed multo salutarius fuerit Demostheni, quod ipse profitetur, aliique postea testantur, si Feliciana usus fuerit. *Lambinus* morte abreptus absolvere opus non potuit, quod postea *I. Benenatus* fecit, qui *Dionysium Lambinum* praeposuit operi. Raro exx. in ch. m. occurrunt. Alia exemplaria, inscripta sunt in titulo: „Lutetiae MDLXX. apud Michaelem Sonnium sub scuto Basiliensi, via Iacobaea", et in fine: „Ioannes Benenatus absolvebat". Hanc editionem descripsit *Goetz* in Merkwürdigk. der Dresd. Bibl. T. I. p. 257 sq. Alia exx. (quorum unum in bibl. Gotting.) itidem habent: „Lutetiae, M. D. LXX. Apud Iacobum Dupuys. Cum Privilegio Regis," et in fine: „Lutetiae Parisiorum, Kalendis Fehr. M. D. LXX. Ioannes Benenstos absolvebat." Quod *Hamberger* in Zuverlässigen Nachrichten T. I. p. 291, et censor *Reiskii* in Philologische Bibliothek. (Götting., 1770) Vol. I. P. II. p. 41 notavit. Posterioris editionis exemplari *Beckius* usus est in paranda sua editione *de Pace*. Ceterum dubitationem de veritate anni inscriptionis posteriorum exemplorum movit *G. Veesenmeyer* in Bibliograph. und biograph. Analekten. (Ulm, 1826, 8) p. 14 sq. Haec posteriora exemplaria sunt illis *Sonnii* accuratius correcta.

1572, f. Demosthenis et Aeschinis Principum Graeciae Oratorum opera. Cum utriusq; autoris Vita et Vlpiani Commentariis, novisq; Scholiis ex Quarta eaque postrema recognitione, graecolatina: Sex codicum impressorum et inter hos Parisienses nuper editi: duorum mstorum, alterius Pannonij, alterius ex Augustana Bibl. fidelissima collatione, a mendis repurgata, varijs Lectionibus adaucta, Annotationibus illustrata: per Hieronymum Wolfium Oettingensem, utriusque linguae in Augustana schola professorem. Indices duos adjecimus, Catalogum operum Praefationi subiecimus, Gnomologiam Demosthenicam seorsim ad scholarum usum excudimus. Basileae, Ex officina Herwagiana per Eusebium Episcopium. MDLXXII. *Partt. VI.* —— 18 *ff.* praefixa, 744 pp., et 16 *ff.* Accedit Ulpianus complectens 218 pp. et 12 *ff.* index, in olt. annus est notatus. Maximi habenda editio ob insignia editoris merita de oratore. Apparatum criticum duorum nondum adhibitorum codicum collationibus auxit. *F. A. Wolfius* hoc iudicium tulit: „contextus ipse, qui habetur in illa Basileensi posteriore, multo est quam antea correctior, ut saepe orator ibi etiam inoffensius legatur, quam in postrema Lipsiensi." Hanc habent secundam *Wolfii* graecolatinam editionem *Reiskius* et *Beckius*. Bibl. acad. et sen. Lips. *V.* 1604.

1604, f. Demosthenis et Aeschinis Opera, cum utriusque auctoris vita et Vlpiani Commentariis, novisque scholiis. Annotationibus ill. et var. lect. adi. Hier. Wolfius. (*Graece et Latine.*) Frcf., apud Cl. Marnium et haeredes Io. Aubrii. —— 34 *ff.*, LXXIV pp., 3 *ff.*, 1464 pp., et 21 *ff.* Praeter mutatum ordinem aliaque, ante sub a. 1572 enumerata est editio. Accessit huic editioni *Andreae Schotti* vita Demosthenis, iam a. 1603, 4. *AV.* edita, et in calce adiectae: Lectiones in Demosthene diversae tum e cod. quodam vetusto Italico, tum ex Aldina, cui illas vir doct. adscripserat. Ulpiani commentaria cuilibet orationi sunt adnexa. *V.* 1572 et 1607.

1607, f. Demosthenis et Aeschinis Principum Graeciae Oratorum Opera, cum utriusque Autoris vita, et Vlpiani Commentariis, ex postrema recognitione Graecolatina sex codicum tam impressorum, quàm manuscriptorum, à mendis

repurgata, doctissimísqve notis illustrata, Per Hier. Wulfium etc. Aureliae Allobrugum, Excudebat Petrus de la Rouiere. CIↃIↃCVII. —— Omissae sunt *Hi. Wolfii* notae, praefatio, gnomologia et Libanii argumenta: qua de caosa haec editio unu magni habetur. Bibl. acad. Lips. *V.* 1607.

1607, f. — Genevae. —— Haec ot posterior a. 1642 tantommodo secundum mutatum titulum et priora *ff.* extat. *V.* 1607.

1642, f. — Francofurti, sumptibus Wilh. Serlini. —— *V.* 1607.

1748 — 1757, 4. *Δημοσθενους, Αισχινου, Δειναρχου και Δημαδου τα σωζομενα.* Graece et Latine, Tomvs secvndvs (*et*) Tomvs tertivs. Edidit I. Taylor LL. D. *etc.* Collegii D. Ioannis Cant. Socius et Cancellarius Lincolniensis. Cantabrigiae typis academicis. —— Tantommodo Vol. II. (1757), et Vol. III. (1748) prodierunt, quibus deinde a. 1774 titulos novus praefixus est, qood praeter alios inprimis *W. Th. Lowndes* in The Bibliographer's Munual. (Ld., W. Pickering. 1828, 8 mai.) P. V. p. 569 annotavit. Et in ch. m. exx. extant. Vol. II. decem iudiciales Demusthenis orationes, quae apud *Hi. Wolfium* P. III. leguntur; et Vol. III. Demusthenis et Aeschinis orutiones contrariae continentur. Fundus huius editionis est illa a. 1604. *Taylor* suis notis illas *Hi. Wolfii*, *Marklandi* et *Iurini* inseruit. Quae *Taylor* ipse adnotarit, praecipue ius et antiquitates Atticas explicant, minus autem qood ad criticam artem pertinet. Omnia *Reiske* in suum editionem transtulit. Ceterum bella editio rarissimaque. Bibl. acad. Lips.

1770 sqq., 8. Oratorum Graecorum, quorum princeps est Demosthenes, quae supersunt monumenta ingenii, e bonis libris a se emendata, materia critica, commentariis integris Hi. Wolfii, I. Taylori, Ier. Marklandi et suis, indicibus denique instructa edidit I. Iac. Reiske. Vol. I. partem priorem dimidiam Demosthenis teneus, graece. Vol. II. partem posteriorem dimidiam Demosthenis tenens, una cum scholiis graecis e cod. Bavarico nunc primum editis, aliis ex Augustano fidelius redditis. Lipsiae. —— CVIII, 1492 et 260 pp. Hae duo volumina sunt I. et II. corporis Oraturum. Substrata est editio a. 1570. Ad contextum graecum emendandom editiones veteres et codices mstos atque coniecturas suas aliorumque adhibuit. Ubi ex ingenio suo mutavit, asteriscum loco adpinxit, et in praefatione priorem lectionem indicavit; ubi autem ad fidem codicum mutavit, ibi extinctam lectionem non indicavit, quod tamen dolendum. Adpendix Voluminis II. complectitur, praeter indices accuratissimos, et tabulam editionom comparativam, scholia inedita codicis mstl Monac., endicis August. auctius quam apud *Hi. Wolfium*, et quae in ora exemplaris cuiusdam Aldinae editionis adscripta erant, quae posteriora una cum hoc exemplari editionis *Lessingius Reiskio* suppeditavit, quaeque postea Scholia Lessingiana sunt appellata. Conf. Allgem. Deut. Bibl. Vol. XXX. p. 569 — 585, et Philologische Bibl. (Gött., 1770 — 1771, 8) Vol. I. P. I. p. 38 sqq. P. III. p. 217 sqq. Adparatom *v.* infra III. initio indicatum.

1790, 4. Demosthenis et Aeschinis, quae supersunt omnia, iuxta accuratissimorum omnium, quotquot habent bibliotheca regia et Sangermanensis codices, manuscriptorum et impressorum inspectionem, iuxta auctoritatem librorum quos adierunt Taylorus et Reiskius, graece et latine edidit Athan. Auger, cum versione nova, triplici indice, variantibus lectionibus et brevioribus notis. Tom. I. continens universas, quae ad Philippum pertinent conciones et huius epistolam. Paris, typis graecis novis Pet. Didot. —— LIII, 479. 12 *fr.*, ch. membr. 36 *fr.* In praef. p. I sqq. de adhibitis codicibus et editionibus agitur; p. XX sqq. habentur: De scriptis veterum ab editore emendandis observationes criticae, qoae in eiusdem Lysia leguntur; p. XLI sqq.: Vita Demosthenis ex Libanio. Triginta et novem codices adhibiti uno satis accurate sunt collati, ita ut editio non magni habenda sit, quamquam splendida. Continentur hoc primo volumine undecim orationes philippicae et Philippi epistola.

1812 — 1813, 8. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ. Εν Βιεννῃ της Αουστριας. Εκ της τυπογραφιας Ιωαν. Βαρθ. Σβεκιου πρωην Βενδωτου.* Voll. *IV. ΟΥΛΠΙΑΝΟΣ.* Vol. *V. ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΕΞΙΚΟΝ. Εκ της τυπογραφιας Αντωνιου χαι" κουλ.* 1813. *Vol. VI.* —— *λβ'*, 378, 399, 394, 368 et 1 *f.*: *παροραματα.*; Ulpianus 495 pp.; Lex. Demosth. 398 pp. Continentur Vol. I. in praemissis L i b a n i i introductio; D e m o s t h e n i s orationes ex usitato ordine a prima Olynthiaca usqoe ad orationem de corona; Vol. II. usque ad orationem contra Aristocratem; Vol. III. usque ad illam adversus Leocharem; Vol. IV. reliquas orationes, prooemia, epistolae, Z o s i m i vita Demosthenis, et alia

vila. Coilibet oraliooi praemissa est Libanll argomentom. Orationes singulas capltibus et paragraphis distinxlt, textuiqoe suhiecil notas exegeticas. Vol. VI. complectilur lexicon sive indicem Demosthenicum, cuius fundus est ille ab *Reiskio* confectos, cuique iterum explicationes inseruit. Quod ad textum altinet, substravit quidem *Reiskii* recensionem, sed saepe ab eo recedit, iureque lectiones volgatas, i. e. editionls a. 1604 restituit. Itaque non spernendam editionem confecit *Neophytus Ducas*, praecipue cum Ulpiani commentaria repeticuraverit. Ceterum pertinet ad corpus Atticorom Oratorom ab eodem *Duca* editom. *V.* O r a t o r e s. Coof. quoqoe *Seebodii* Bibl. 1823. Vol. II. p. 948 sqq. Non satisfacit *Bekker* in libro Demosthenes als Staatsbürger *etc.* 1e Abthl. Literatur des Demosthenes. (Qdlb., 1830, 8) p. 105, oe formam editionls quidem indicarit.

1812—1813, 12. Demosthenis Opera. Ad optimorum libror. fidem accurate edita. (*Cura Gf. H. Schaeferi.*) Lps., Tauchnitz. *Voll. V.* —— 2 *Th.* 12 *Gr.* Accoratissime ex *Reiskii* recensione repetita editio, sed Reiskianae editiooïs numeri pagg. non suut adsrriptl.

1818, 12. Demosthenis Opera. *etc. Ed. ster.* Lps., Tauchnitz. *Voll. V.* —— 1 *Th.* 6 *Gr.*; ch. mel. 3 *Th.* 18 *Gr.* Volumioa singulatim quoque venalia prostant. Tomo oltimo habentur: *Amatorius*, *Prooemia*, et *Epistolae.*

1819—1821, 8. Oeuvres complètes de Démosthène et d'Eschine, en grec et en français, traduction de l'abbé Auger. NE., revue et corrigée par J. Planche. Paris, Verdière. *Voll.* X. —— 90 *fr.* Omissa suut *Augeri* introductio et rerum index. Secundum notitiam, qoam *Quérard* in La France Litéraire. (Paris, chez Firm. Didot. 1828, 8 mai.) T. II. p. 473 dedil, coutextom graecum accorate recognovit *Boissonade*, atque outas magoi aestimaudas adiecit. 25 exx. in ch. membr. extaut, 220 *fr.*

1821—1822, 12 mai. Demosthenis Opera *etc.* (*Cura Gf. H. Schaeferi.*) Lps., Weigel. *Voll. V.* —— 1 *Th.* 6 *Gr.* Hac in editioue Reiskianae numeri pagg. suot adpieti.

1822—1826, 8 mai. Demosthenis qvae supersunt e bonis libris a se emendata edidit I. Iac. Reiske. Editio correctior, curante Gf. H. Schaefero. Ld., Black. *Partt. IV.* —— 9 *Th.* 18 *Gr.* Tom. I. et II. (1824, 1825; 888, 622 pp.) continentur textus graecus, Scholia graeca, tabolae editiunom comparativa. Lectiones *Bekkeri* sunt in nolis adnotatae, praetereaque *Reiskii* aoimadversiones in multo meliorem ordinem redactae. T. III. (1826 670 pp.) habet *Wolfii* versionem latinam; et P. IV. 1823 774 pp.) Indices. Conf. censuram in ephem. litt. univ. 1828. m. Ian., et in *Iahnii* Jahrbücher 1826. I. 2. p. 253—263. Adparatum *v.* infra sub III. initio indicatum.

1822, 8. Demosthenis Opera omnia, Graece cum Scholiis, ex edit. Reiskii et Schaeferi. Ld. *Voll. II.* —— 24 *sh.*, ch. m. 32 *sh.*

1823, 8 mai. Demosthenes, ex rec. Imm. Bekkeri. *Partt. IV.* —— VIII, 1614 pp. Pertinet ad eiusdem Corpus oratorum Atticorum, (*Ox.*, et rep. *Brl.*, Reimer) estque Vol. IV. et V. In constituendo Demosthenis textu *Bekker* quindecim codices mstus, quorum undecim Paris., adhiboit, sed nihil de iis, deque eo quid valeant singull, disputavit editor. Conf. Götting. gel. Anz. 1828 fasc. 196. p. 1945 sqq.

1824, 8. Demosthenis et Aeschinis Opera. Textui, qui Variorum est, apposita est Lectio Reiskiana. *Graece et Latine.* Ld., Priestly. *Voll. IV.* —— 3 *L.* 3 *sh.* Contextus graecus et versio latina separatim qooque venduntur. Sic *W. Th. Lowndes* lo The Bibliographer's Manuol. (Ld., W. Pickering. 1828, 8 mai.) P. V. p. 569.

1825, 12 mai. *Δημοσθενους λογοι.* Demosthenis Orationes. *Graece.* Edidit Gu. Dindorf. Lps., Teubner. *Voll. III.* —— 2 *Th.* 20 *Gr.*, ch. angl. 4 *Th.* 6 *Gr.* Ex *Bekkeri* recensione, sed emendatius et accoratissime typis est expressa. Reiskianae editioois numeri pagg. adpositi sout. Ad duas priores orationes Olynthiacas codicis Hafn. collatio est adhibita. In praefatione p. I—XIV. notas criticas *Dindorfius* protolit.

1828, 8. Demosthenis et Aeschinis quae exstant omuia, Indicibus locupletissimis, continua Interpretatione Latina, Varietate Lectionis, Scholiis tum Ulpianis tum anonymis, Annotationibus Variorum et suis illustravit Gul. Steph. Dobson. Accedunt Animadversiones Reiskii, *etc., etc.* Lond. *Voll. X.* —— 8 *L.*, et in ch. m. exx. extant.

Bb) *D e l e c t u s.*

AA. O r a t i o n e s.

Aaa) D e l i b e r a t i v a e.

aaa) P l u r e s c o n i u n c t i m.

1593, 4. Demosthenis Orationes XV, cum interpretatione Nicholai (?) Carri;

III Olynthiacarum, IV Philippicarum. Ox., ex offic. typographica Ios. Barnesii. —— Frustra, quod miror, apud *Beckerum* in libro Demosthenes als Staatsbürger *etc.* 1e Abtheil. Literatur des Demosthenes. (Qdlb., 1830, 8) quaesivi; omnium unicus *Bruggemann*, sequutus *Herbertum*, in A View of the english editions p. 160 hanc notitiam mihi soppeditavit.

1597, 4. Demosthenis Orationes XV. Graece. Ox., ex off. typ. Ios. Barnesii.

1672, 12. *Δημοσθενους λογοι εκλεκτοι.* Selectae Demosthenis Orationes. (De Republica ordinanda, de Classibus, de Rhodiorum libertate, pro Megalopolitis, de foedere Alexandreo; Olynthiacae tres, Philippicae quatuor.) In usum studiosorum hoc modo separatim excusae. *Graece.* Ld., typis I. Redmayne, MDCLXXII. —— Deest apud *Beckerum.* Rep. 1686.

1686, 12. — Ld., H. Mortlock.

1712, 4. *Δημοσθενους δημηγορικοι λογοι Λατινιστι μεταφρασθεντες.* Demosthenis Orationes De Republica ad Populum habitae. *Alius titulus est: Δημοσθενους δημηγορικοι λογοι Λατινιστι μεταφρασθεντες.* Demosthenis Orationes De Republica ad Populum habitae; Latio donatae ab Jo. Vincentio Lucchesinio Patritio Lucensi, Cum notis Criticis, & Historicis. Ad SS. Dñm Nostrum Clementem, undecimum Pontificem Maximum. Romae, MDCCXII. ex Typographia Antonii de Rubeis in Platea Cerensi. *Superiorum facultate.* —— 24 *ff.* praefixa, 449 pp. et 10 *ff.* index. Hoc delectu continentur orationes hae: 1) de Classibus; 2) de Megalopolitis; 3) contra Philippum oratio I.; 4) de Rhodiorum libertate; 5—7) Olynthiacae III.; 8) de Pace; 9) contra Philippum oratio II; 10) de Chersonesi rebus; 11) Philippi epistola et oratio ad epistolam Philippi; 12) de ordinanda republica. Reliquae orationes deliberativae, quae hic desiderantur, consilio *Lucchesini* omisit. Pag. 145 — 171 habentur annotationes in *Wolfii* interpretationem Demosthenis, quae non sunt spernendae. Pag. 171 — 449 annotationes historicae sequuntur. Agmen claudit index rerum. Falso *Becker* l. c. p. 108 citat Ebertum p. 460 loco 464; ceterum tamen accurate editionem describit. *V.* Catalogum bibl. Bunav. Tom. I. Vol. I. p. 116, et Catalogue de la bibl. du Roi. Belles Lettres T. 1. p. 105 no. 1697. *Weigelii* Apparatum litterar. (1821, 4.) nn. 6882. Bibl. acad. Lips.

1726, 12. Demosthenis selectae orationes, graece et latine, de republica ordinanda, de classibus, de Rhodiorum libertate, de Megalopolitis; Olynthiacarum III; Philippicarum IV. Londini. —— Apud *Beckerum* l. c. deest, qua de causa ab eo *Brüggemanni* diligentissime elaboratum librum non adhibitum fuisse suspicor.

1746, 8. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΙ ΕΚΛΕΚΤΟΙ, δηλαδη, περι Συνταξεως, περι Συμμοριων, περι της των Ροδιων Ελευθεριας, ὑπερ των Μεγαλοπολιτων, Ὀλυνθιακοι τρεις, Φιλιππικοι τεσσαρες.* In Usum studiosorum hoc modo separatim excuduntur. Londini: typis I. Hughs. Impensis A. Ward, C. Hitch et W. Redmayne; prostant etiam apud I. et R. Bonwicke, T. Longman et W. Sewell, et I. Newton. MDCCXLVI. —— Sic *Brüggemann* in A Supplement to the View of the english editions *etc.* (Stettin, 1801, 8 mai.) p. 38. Eaedem orationes ib. eod. a. latine versae prodierunt, *v.* infra II. Bb).

1755, 8. *Δημοσθενους λογοι δημηγορικοι δωδεκα.* Demosthenis Orationes de Republica Duodecim, cum Wolfiana Interpretatione denuo castigata, et Notis historicis I. Vinc. Lucchesini. Accessit Philippi Epistola. Edidit Gu. Allen, A. M. Londini, Bathurst. *Voll. II.* —— Magni in Anglia habita editio. Vol. I. continentur contextus graecus et versio latina; vol. II. notae et tabula geograph. Ceterum diligentissime correcta editio. Rep. 1807 sq.

1807 — 1810, 8. Demosthenis orationes de Republica duodecim; Graece. Ox. —— Ex editione a. 1755 repetita est. 3 *sh.*, ch. m. 6 *sh.* *V.* 1810.

1810, 8. — Editio nova. Ox. *Voll. II.* —— 7 *sh.*, ch. m. 12 *sh.* *V.* 1755.

1823, 8 mai. Demosthenis Orationes Philippicae et Suasoriae. Ex rec. Imm. Bekkeri, et cum notis variorum. Ld., Priestly. —— 9 *sh.*

1832, 8 mai. Demosthenis Philippica prima, Olynthiacae tres et de Pace. Graeca recognovit et in usum scholarum edidit Gu. A. Klinkmueller. Soraviae et Bunslaviae, Julien. —— XXII, 46 pp. 8 *Gr.*

bbb) Singulae classes separatim.

1) Philippicae.

aa) *Omnes coniunctim.*

α) Sine a. notitia.

—, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae tres, & quatuor Philippicae,

cum quibusdam alijs, eiusdem argumenti nunc primum adiectis, in vsum adolescentium recte Graecè discere cupientium separatim editae. *Graece.* ARGENTORATI, Excudebat Theodosius Rihelius. —— 109 num. et 3 vac. *ff.* In Catal. bibl. Bunav. T. I. Vol. I. p. 117 indicatur, occuratius autem apud *Beckerum* l. c. p. 107. Continet Philippicarum orationum Olynthiacas tres, Philippicas quatuor, de pace, de Chersnneso, Philippi epistolam, nrationem in Philippi epistolam, de Haloneso, illamque *περι συνταξεως*. Praemissa sunt: dignissimorum hominum de Demosthene testimonia. In ora autem libri nonnullae variae lectiones sunt notatae. Nitide et accurate correcta prodiit intra a. 1550—1560. Bibl. acad. Lips.

β) Cum a. notitia.

1541, 4. Demosthenis Orationes Philippicae. Paris.

1554, 4. — graece. Lutetiae apud Gu. Morel.

1750, 8. Demosthenis orationes philippicae, *graece.* Adiecta est in fine versio latina Hi. Wolfii. Glasguae, excud. Rob. et And. Foulis. —— Pluribus mendis inquinata editio.

1754, 12. *Δημοσθενους οι λογοι Φιλιππικοι άπαντες.* Accedunt interpretatio et notae. Dublini, aed. Acad. *Voll. II.* —— Omnes ex Dionysii ordine Philippicas orationes continet, omissa tamen illa *de Haloneso*, cum illam non germanam habeat. Versioni *Wolfii* praemissa sunt Libanii et Tourrelii prolegumena, et versione finita, notae latinae sequuntur, quarum maxima pars ex illis *Wolfii*, *Tourrelii* et *Oliceti* delecta est. Nitidissima editio, quam accurate describit *Becker* l. c. p. 109 sq.

1762, 12. Demosthenis Orationes Philippicae duodecim. Graece. Glasg., impr. Foulis. —— 3 *sh.*, ch. m. 16 *sh.*

1773 — 1774, 8. Demosthenis Orationes omnes, quae ad Philippum spectant, Graece et Latine ex recensione Ios. Stock. Dublini. *Voll. II.*

bb) *Plures coniunctim.*

α) Sine l. et a. notitia.

—, 8. Plutarchi Oratio consolatoria ad Apollonium. Demosthenis Atheniensis Rhetoris Orationes: Olynthiacae III. praevia Libanii hypothesi. Eiusdem de pace Oratio, praevia, ut supra, hypothesi. Lysiae super Eratosthenis *φονου* Apologia. Isocratis Sermo de pace. In fine: *Τελος του περι της ειρηνης λογου Ισοκρατους.* —— 95 *ff.* In fronte est insigne typ. Iuntarum, sicuti in editione Plauti a 1514, et Ciceronis epistolarum ad Atticos a. 1514, ceterisque libris eiusdem temporis. *Renouard* in Annal. (1825) T. III. p. 407 autem hanc editionem dubiis Iuntinis adnumerat, sed eum ex ea officina prodiisse prorsus non dubitat.

β) Cum l. et a. notitia.

1531, 4. Demosthenis Orationes *λογοι κατα Φιλιππου* viz. contra Philippum prima. De Pace, contra Philippum secunda, de Haloneso, de Chersoneso, contra Philippum tertia et quarta; adversus epistolam Philippi; epistola Philippi; *Graece.* Excudendum curabat Gerardus Morrius Campensis Lutetiae apud collegium Sorbonae. M. D. XXXI. mense Septembri.

1537, 4 min. Demosthenis Orationes V, commentariis Beronldi, Trapezuntii, Hegendorphini, Sturmii et scholiis Ascensii illustratae. Paris., ex officina Vascosani.

1538, 8. Demosthenis orationes Olynthiacae tres et Philippicae duae priores, graece, in usum puerorum — separatim editae. Bas., ap. Nic. Brylingerum.

1539, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae III, cum IV Philippicis. Arg.

1541, 8. Demosthenis Olynthiaca I. (*et reliquae, item Philippicae, de Pace, de Corona*). *Graece.* Romae. —— Bibl. Vimariens.

1547, 8. Demosthenis Olynthiacae tres, Philippicae quatuor, contra Aristogitonem duae, graece et latine. Frcf., ap. Pet. Brubach.

1548. 8. Demosthenis Orationes aliquot in usum scholarum. Bas.

1549, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae III, cum IV Philippicis. Graece et Latine. Bas.

1564, 8. — Olynthiacae III, cum IV Philippicis. Graece. Arg. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235.

1582, 8. Demosthenis de Pace, Oratio; eiusdem Philippica prima et secunda. Graece. Antverpiae.

1599, 8. Demosthenis Olynthiacae et Philippicae, graece et latine. Ingolst. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235.

1610, 8. Demosthenis Orationes Olyn-

thyiacae III, et Philippicae IV, et contra Aristogitonem. II. Arg.

1620, 12. Demosthenis Orationes Olynthiacae et Philippicae quatuor, graece et latine cum argumentis Libanii. Ad usum studiosae iuventutis. Aug. Munat.

1699, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae et Philippicae, graece et latine simul editae cum argumentis Libanii. Ingolst.

1731, 8. Δημοσθένους λόγοι ἐκλεκτοι. Demosthenis selectae Orationes. (Philippica I. et III. Olynthiacae orationes.) Ad codices MSS recensuit, Textum, Scholiasten, & versionem pluribus in locis castigavit, Notis insuper illustravit Ricardus Mounteney, *etc.* Praefiguntur (*I. Chapmanni*) Observationes in Commentarios vulgò Ulpianeos. et Tabula Antiquae Graeciae Demostheni accommodata. Chr., typis academicis. —— Haec editio in Anglia magni habetur, et repetita est. Complectitur orationem Philippicam primam et olynthiacas tres. Collati sunt codex mstus Leid. et duae codd. msti Bodleiani. Scholia hic et illic emendata prodeunt; textui et scholiis praeterea adiecta est *Wolfii* versio. Notae sunt criticae et exegeticae. Et in ch. m. exx. extant. Rep. 1748 et saepius.

1748, 8. — Editio Secunda emendatior. Ld., Apud R. Montagu, *etc.*, Etonae, Apud Jos. Pote. MDCCXLVIII. —— xlvii pp., 1 tab. geograph., 364 pp. Bibl. acad. Lips. *V.* 1731 et 1752.

1750, 12. Demosthenis Orationes Philippicae et Olynthiacae. Graece et Latine. Glsg. —— Deest apud *Beckerum* l. c.

1752, — 1755, — 1764, — 1768, — 1771, — 1778, — 1785, — 1791, — 1799, 8. — Londini et Etonae. —— *V.* 1811 et 1748.

1811, 8. Δημοσθένους λόγοι ἐκλεκτοι. Demosthenis selectae orationes. Ad codd. Mss. recensuit textum scholia et versionem pluribus in locis castigavit, notis insuper illustravit Ric. Mounteney. Edit. XII. emendatior et auctior. Cum Tabula. Lond. —— *V.* 1820.

1816, 8. Demosthenis Philippicae. Ad codices cum a Reiskio et Augerio tum a se collatos recognovit Imm. Bekkerus. Apposita est lectio Reiskiana. Brl., impensis Ge. Reimeri. —— IV, 122 pp. 12 *Gr.* Pluribus locis differt haec editio a posterioribus a. 1825. Conf. ephem. litt. univ. 1818. no. 135. p. 242 sq. Continentur hic: Philippica prima; Olynthiaca prima (vulgo secunda); Olynthiaca secunda (vulgo tertia); Olynthiaca tertia (vulgo prima); de Pace; Philippica secunda; de Chersoneso; Philippica tertia. *V.* 1825.

1818, 8 mai. Demosthenis Oratio Philippica I., Olynthiacae III, et de Pace, selectis aliorum suisque notis instruxit C. A. Rüdiger. Lps., Weidmann. —— XV, 207 pp. 1 *Th.* Introductio ad Demosthenem legendum consilio editioris esse debebat editio, et satisfecit: conf. ephem. litt. univ. 1820. no. 148. p. 314 sqq. Multo emendatius prodiit 1829.

1820, 8 mai. Δημοσθένους λόγοι ἐκλεκτοι. Demosthenis selectae orationes. Ad codd. mss. recensuit, textum, scholiasten et versionem, plurimis in locis castigavit, notis insuper illustravit Rich. Mounteney. Praefiguntur Observationes (*I. Chapmanni*) in Commentarios vulgo Ulpianeos, et Tabulae antiquae Graeciae Demostheni accommodata. Adiicitur etiam Index locupletissimus. Edit. XIII. emendatior et auctior. Ld., ap. F. C. et I. Rivington. —— XL, 343 pp. *V.* 1811, et conf. Annal. Heidelberg. 1826. p. 179.

1824, 8. Harangues politiques de Démosthène, Recueil contenant les trois Olynthiennes, les quatre Philippiques, les discours sur la paix et sur le Chersonèse, publié avec une Introduction des Commentaires et une carte de la Grèce, par R. Toepfer. Genève, Cherbuliez. —— VII, XL, 316 pp.

1825, 8 mai. Demosthenis Philippicae. In usum scholarum iterum edidit Imm. Bekker. Apposita est lectio Reiskiana. Brl., Reimer. —— 80 pp. 8 *Gr.* De *Bekkeri* tribus inter se discrepantibus editionibus v. *Rauchensteinium* in *Iahnii* Annal. XII. fasc. IV. p. 383 sqq.

1829, 8 mai. Demosthenis Philippica prima: Olynthiacae tres, et de Pace. Textum ad Imm. Bekkeri editiones recognovit, selectas aliorum suasque notas subiecit, commentarium historicum scripsit, varietatem lectionis ex aliquot codicibus enotatum et indices adiecit C. A. Rüdiger. Editio altera emendatior. Lps., Weidmann. —— XVI, 239 pp. 1 *Th.* Prodiit et s. tit.: Demosthenis Philippicae. Edidit C. A. Ruediger. P. I. Censuram bonae frugis plenam v. in *Iahnii* Annal. 1829. XII. 4. p. 386 sqq.

1829, 8. Demosthenis Philippicae Orationes V et Libanii Vita Demosthenis eiusdemque argumenta ex rec. Imm. Bekkeri cum tribus Codd. Mss. collata. Edidit, prolegomenis et annotatione perpe-

tua illustravit Ioann. Theodorus Vömel. Frcf. ad M., Broenner. *Partt. II.* —— XX, 312, 324 pp. 2 *Th.* 12 *Gr.*, ch. membr. 4 *Th.* Pars II. commentarios, indices et adpendicem complectitur. Conf. magni momenti censuram in *Iahnii* Annal. 1829. XI, 2. p. 147 sqq., et in ephem. litt. schol. univ. 1830. no. 82: Annal. Heidelberg. 1830. fasc. III. p. 302—309. Inprimis res animadversiones *Voemelii* spectant et explicant: qua de causa haec editio multum valet. Textus est, paucis mutatis, e *Bekkeri* recensione repetitus.

1829, 8. Demosthenis orationes selectae commentariis, in usum scholarum instructae ab Io. Henr. Bremi. Sectio I. Gothae et Erfordiae sumtib. Gu. Hennings. —— XXXII, 298 pp. 1 *Th.* 4 *Gr.*; ch. ser. 1 *Th.* 12 *Gr.*; ch. membr. 1 *Th.* 18 *Gr.* Est Vol. XV. Scriptorum orat. pedestris. Conf. de hac valde commendanda laudandaque editione censuram in ephem. litt. schol. univ. 1830. no. 81. Continentur hac editione: p. 13 sqq. Oratio I. adversus Aphobum; p. 51 sqq.: Oratio II. adversus Aphobum; p. 61 sqq.: adversus Aphobum de falsis testimoniis; p 88 sqq.: Oratio I. adversus Onetorem; p. 106 sqq.: Oratio II. adversus Onetorem; p 112 sqq.: Oratio I. Philippica; p. 146 sqq.: Orationes Olynthiacae tres, secundum Dionysii ordinem; p. 199 sqq.: Oratio II. Philippica; p. 214 sqq.: de Chersoneso; p. 244 sqq.: Oratio Philippica III. De hac et *Voemelii* editione conf. quoque Bibl. erit. novam, Vol. V. P. I. p. 174—224. Fundus est *Bekkeri* recensio, receptis *Dindorfii* suisque emendationibus ad fidem praecipue codicis Paris. no. 2934.

1831, 8. Demosthenis oratio Philippica I., Olynthiaca I. II. et III., de Pace; Aeschinis contra Demosthenem, Demosthenis de Corona orationes. Edidit E. H. Barker. Lond., Valpy.

cc) *Orationes similis argumenti separatim.*

1a) Olynthiacae.

a) Omnes coniunctim.

α) *Sine a. notitia.*

—, 8. Demosthenis Olynthiacae tres. Graecae. Arg., apud Thdr. Richel. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235. Ibidem alia ab mox enumeranda editione diversa citatur. Deest apud *Beckerum*.

—, 8. — cum scholiis Melanchthonis et Camerarii. Bas. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235. Deest apud *Beckerum*.

β) *Cum a. notitia.*

1521, 4. Demosthenis Olynthiacae Orationes, Graece. Adduntur insuper Homeri Libri primus et secundus. Graece. Lovanij apud Theodoricum Martinum Alostensem Anno MDXXI. Mense Februario.

1524, 4. Luciani Icaromenippus, et Dialogus Neptuni et Mercurii. Xenophontis Hieron. Demosthenis Olynthiacae. Libanius de Menelao Helenam repetente. Gregorius Theologus quomodo theologiae vacandum. Epigrammata quaedam in humanam vitam. Graece omnia cum Francisci Vergarae praefatione. Compluti in aedibus Michaelis Deguia. MDXXIIII. mense Iunio.

1528, 4. Demosthenis Orationes tres Olynthiacae a Ioanne Chaeradamo editae. Graece. Parisiis apud Pet. Vidouaeum. —— Rarissime occurrit.

1547, 8. — gr. et lat. Frcf. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235. Deest apud *Beckerum*.

1549, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae. Bas.

1552, 4. Demosthenis Olynthiacae orationes tres, Graece. Paris., apud Ch. Wechelum.

1556, 4. — graece. Paris. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235. Deest apud *Beckerum*.

1560, 8. *Δημοσθένους* — Demosthenis Olynthiacae tres, gr. et lat. ut conferri ab utriusque linguae studiosis possint. Cum methodo dialectica, rhetorica, grammatica et indice certissimo, ad scholarum usum per Nic. Gallottum Catalaunensem. Basileae. *In fine:* Basileae per J. Oporinum. —— Versio latina est *Galloti*, eiusque notae omnino non sunt contemnendae.

1569, 8. Demosthenis recogniti graeco-latini una cum Aeschine brevi edendi specimen. Olynthiacae orationes tres, et vita Demosthenis atque Aeschinis, cum annotationibus et gnomologiis. Auctore Hier. Wolfio. Bas., ex officina Hervagiana.

1576, 4. — Graece. Lt. —— Sic in Catal. bibl. Musei Oxon. Vol. I. (Ld., 1757, f. mai.) s. v. Demosthenes.

1579, 8. Demosthenis Orationes Olynthiacae III. Graece. Atw. —— Deest apud *Beckerum* l. c.

1585, 8. *Δημοσθένους* — Demosthe-

nis oratoris Atheniensis Olynthiacae orationes tres, analysi dialectica, historica, ethica et politica a Martino Bemlero Tigurino ita illustratae, ut vel mediocriter in lingua graeca eruditi, eas sine difficultate legere possint. Accessit in fine earundem orationum latina interpretatio a Rudolpho Collino, qui multos annos magna cum laude graecas litteras publice docuit, ita elaborata, ut vice longi commentarii esse possit. Francofurdi (?) apud Ioan. Wechelum, impensis Roberti Cambieri. —— Deest apud *Beckerum* l. c.

1581, 4. — Olynthiacae tres. Graece. Apud Io. Lertout.

1599, 8. — cum argumentis Libanii. Ingolst. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235, quae notitia apud *Beckerum* l. c. deest.

1622, 8. — graece. Coloniae.

1629, 4. Demosthenis Olynthiacae III. Graece. Frcf.

1643, 4. — Helmst.

1699, 4. — Graece. Magdeb.

1814, 8. Essais sur Démosthène, et sur son Eloquence, contenant une traduction des Harangues pour Olynthe avec le texte en regard, des Considérations sur les beautés des pensées et du style de l'Orateur Athénien, (*par Dupin*). Paris. —— Conf. de hac editione, cui nihil fere bonae indolis inest, Museum Crit. Cantab. T. I. p. 563 sqq., ubi multa vituperantur.

1824, 12. Harangues Olynthiennes de Démosthène, en grec, avec notes et analyses des discours, par V. H. Paris, A. Delalain. —— 1 *fr.*

1827, 12. — en grec, avec des sommaires français, revues et corrigées par G. Duplessis. Paris, Nyon.

1829, 12. Demosthène. Olynthiennes, expliqués en français, suivant la méthode des colléges, par deux traductions, l'une litterale et interlinéaire, avec la construction du grec dans l'ordre naturel des idées, l'autre conforme au génie de la langue française; précedée du texte pur et accompagnée de notes explicatives *etc.* Traduction de l'abbé Auger, revue par Fréderic Prier. Paris, A. Delalain.

b) Singulae singulatim.

α) Sine a. notitia.

—, 8. *F.* 1 *a*: Demosthenis Olynthiaca Prima (*Graece*). Vuittembergae. —— Secundum *Panzerum* in Annal. T. IX. p. 100 no. 324 „Typis Melch. Lottheri iun." impressa est. *Strobel* in Beiträge p. 228, Melanchthonem esse editorem suspicatus est.

β) Cum a. notitia.

1521, 8. Demosthenis Olynthiaca prima. Vittebergae. 1521.

1524, 8. DEMOSTHEnis olynthiaca prima in latinam lingvam versa a PHIL. MEL. (*Accedit versio latina Ioachimi Camerarii, cum textu graeco.*) *In fine:* Haganoae, per Iohannem Secerium. Anno MDXXIIII. —— 8 *ff. Melanchthoni* versionem, 8 *ff. Camerarii* versionem, et 8 *ff.* contextum graecum continentia. Notitiam huius editionis exhibet *Panzer* in Annal. T. VII. p. 94 no. 214. Bibl. acad. Lips.

1525, 4. —— *V.* infra Bbb) 1) 4 d).

1554, 8. Martini Crusii Commentariolum in primam Demosthenis Olynthiacam Sturmianam. Eiusdem Scholia in eandem, et Epitome ex Diodoro Siculo de statu illorum temporum in Graecia. His addita est conversio Ioan. Sturmii. Argentorati excudebat Blasius Fabricius Chemnicensis 1554. —— 338 pp. Continentur: Libanii Argumentum in primam orationem Olynthiacam, gr. et lat. ex *Crusii* versione; Demosthenis Oratio prima Olynthiaca, gr. et lat. interprete Io. Sturmio; I. Sturmii Commentarius: Demosthenis Vita ex Graecis Scriptoribus a M. Crusio collecta: In eandem Olynthiacam primam Demosthenis Scholia Martini Crusii; Epitome ex Diodoro Siculo de statu Graeciae temporibus Demosthenis confecta a Martino Crusio. Bibl. sen. Lips.

2b) Philippicae.

a) Omnes sic dictae coniunctim.

1566, 8. Demosthenis orationes philippicae III. Graece. Cl., ap. M. Colinum.

1580, — 1599, — 1609, 8. — graece. Col. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235.

1666, 12. — graece et latine. Dillingae.

1821, 12. Harangues Philippiques de Démosthène. En grec. Paris, Nyon.

1823, 12. — en grec. Edition collationée sur les textes les plus purs. Edit. stéréot. de Paroy et Durouchail. Paris, Le Sage. —— 54 pp.

1824, 12. — en grec, avec notes et analyse de chacun des discours, par V. H. Paris, A. Delalain. —— 1 *fr.* 25 *cent.* Graece et Latine venditur 2 *fr.* 50 *cent.* Sic *Quérard* in La France Littéraire, T. II. (1828, 8 mai.) p. 472.

b) Singulae separatim.

1539, 4. Demosthenis Oratio IV. contra Philippum. Paris., apud Wechel. —— Sic in Catal. Bibl. Musei Oxon. (Ld., 1787, f. mai.) Vol. I. s. v. Demosthenes.

1546, 4 Demosthenis Philippica IV., cum Libanii argumento. Graece. Paris., ap. Iac. Bogard.

1795, 4. *Δημοσθενους κατα Φιλιππου πρωτος λογος.* Demosthenis in Philippum Oratio prima e graeco in latinam, et vernaculam linguam translata. Accedunt notae (*studio C. Santucci*) in calce positae. Excudebat Antonius Fulgoni Romae cIↄ. Iↄcc. xcIII. Superiorum permissu. — *Δημοσθενους κατα Φιλιππου δευτερος λογος.* Demosthenis in Philippum oratio secunda. E Graeco in Latinam, et vernaculam linguam translata. Accedunt notae (*studio C. Santucci*) in calce positae. Excudebat Antonius Fulgoni Romae cIↄ. Iↄcc. xcv. Superiorum permissu. —— XIV, 80; 55 pp. Quaelibet oratio singulatim prodiit. Et in ch. m. exx. extant, cuiusmodi unum ex. bibl. acad. Lips. adservat.

1830, 8. —— *V.* infra dd) 2 b).

1832, 8 min. *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Β.* *Alius tit.*: *ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Β.* DEMOSTHENIS Philippica II. Secundum codd. Mcsr. (?) Recognita. Prolegomenis et annotatione perpetua illustrata ab I. Thd. Voemelio. Frcf. a. M. sumptibus Sigism. Schmerberi. MDCCXXXII. —— XII, 86, 66 pp. 1 *Th.*

dd) *Orationes singulae separatim.*

1a) de Pace.

1582, 8. Demosthenis Oratio de Pace; Graece. Col. —— Sic in Catal. bibl Upsal. T. I. p. 235.

1582, 8. —— *V.* antea bb) *β*).

1649, 4. Demosthenis Oratio de Pace. *Graece.* Paris., ap. viduam I. Libert.

1762, 8. Collectio graeca ex Apollodoro, Luciano et Demosthenis Oratio de Pace. Graece et Latine. Hal. Sax.

1799, 8 mai. Demosthenis Oratio Philippica de Pace. Recensuit, adnotationibus instruxit, indices adiecit Ch. Du. Beck. Accedunt Aud. Dunaei praelectiones. —— X, 358 pp. 1 *Th.* 8 *Gr.* Notae sunt criticae. Scholia vetera ex Harpocratione et Timaeo multo auctius hic prodierunt. Conf. Neue allg. d. Bibl. Vol. LXIV. II. p. 489 sqq.

1810 (*nec* 1809), 8. Demosthenes erste Rede gegen Philippos von Makedonien. Mit einigen erläuternden Anmerkungen. Magdeb., in Commiss. in der Creutz. Buchh. —— 23 pp. 3 *Gr.* Tantummodo contextus graecus, neque versio germanica ut nonnulli indicant, subiectis notis criticis, et in calce notis exegeticis, inest. Valde errat *Beckerus* l. c. p. 133, cum huic editioni tantummodo versionem germanicam inesse et sub a. 1809 prodiisse indicet.

1819, 8. Demosthenes Rede vom Frieden, griechisch und mit Anmerkk. von F. Jacobs. —— *V.* eiusdem librum scholast inscr. *Attica.* (Jn., Frommann.) p. 293—308.

1826, 12. —— *V.* infra 2 b).

1826, 12. —— *V.* infra 2 b).

1831, 8. Demosthenis oratio de pace. Graece recognovit et in usum scholarum edidit C. H. Frotscher. Apposita est lectio Reiskiana. Lps., Berger. —— 4 *Gr.*

2 b) de Chersoneso.

1550, 4. *Δημοσθενους περι των ἐν Χεῤῥονησῳ.* Parisiis apud Mich. Vascosanum. M. D. L.

1826, 12. Discours sur la Chersonèse et sur la paix, en grec, avec notes et analyses (*en français*), par V. H. Paris, A. Delalain. —— 1 *fr.* 25 *cent.*

1830, 8. Demosthenis Oratio de Chersoneso et Philippica III. Graeca recognovit et in usum scholarum edidit C. H. Frotscher. Apposita est lectio Reiskiana. Lipsiae, Lehnhold. —— 6 *Gr.* Paucis mutatis, ex recensione *Bekkeri* accuratissime expressa est.

3 c) contra Philippi epistolam.

1543, 4. Demosthenis oratio contra Philippi epistolam, eiusdemque Philippi epistola, versa a Rob. Britanno, adiectis aliquot locis, quus Cicero expressit ex Demosthene aut certe adumbravit. Paris., L. Grandinus. —— 24 *ß.*

1558, 4. Philippi epistola ad Athenienses, & ad eandem Demosthenis oratio; graecè, cum latina versione Hier. Wolfii. Paris., Gu. Morelius. —— In bibl. regia Paris. exemplar, cuius in ora *Adrianus Turnebus* nonnulla notavit, adservator. Sic in Catalogue des livres de la bibl. du Roi. Belles Lettres. T. I. p. 105 no. 1691 indicatur. Apud *Beckerum* deest.

2) Ceterae deliberativae orationes.

aa) *Omnes coniunctim.*

1532, 4. Demosthenis orationes V, de distributione in classes, de classibus, de Rhodiorum libertate, de Megalopolitis, de percussis cum Alexandro foederibus. *Graece.* Paris., Wechel.

1712, 4. —— *V.* supra Bb) AA) Aaa) aaa).

bb) *Delectus.*

1542, 4. Demosthenis orationes de ordinanda republica, de Rhodiorum libertate, pro Megalopolitis. Graece. Paris, Tiletanus.

1546, 4. Demosthenis orationes duae de ordinatione civitatis et de classibus cum Libanii argumentis in easdem. Lovanii apud Servat. Zassenum.

1546, 4. Demostheuis orationes de Megalopolitanis et de foedere cum Alexandro, cum Libanii argumentis in easdem. Lovanii, ap. Servat. Zassenum.

1558, 4. Demosthenis orationes de comparando exercitu, de republica ordinanda, & de classibus, graecè & latinè: Hier. Wollio interprete. Paris., Gu. Morelius. —— In Catalogue des livres de la bibl. du Roi. Belles Lettres. T. I. p. 105 no. 1091, exemplar *Adriani Turnebi* in bibl. regia Paris. adservari indicatur. Apud *Beckerum* decst.

1584, 8. Demosthenis orationes de Republica ordinanda et Rhodiorum libertate. Graece. Col. —— Sic in Catal. bibl. Upsal. T. I. p. 235. Deest apud *Beckerum.*

1746, 8. —— *V.* supra Bb) AA) Aaa) aaa).

cc) *Singulae separatim.*

1a) de Republica ordinanda.

1558, 4. *Δημοσθενους περι συνταξεως λογος.* Graece. Paris., apud Gu. Morel. —— *Maittaire* in Indice Annalium T. V. p. 332. Apud *Beckerum* non vidi notatam hanc editionem.

1628, 4. Demosthenis oratio suasoria, quae de Republica ordinanda inscribitur, Graece. Paris., ap. I. Libert.

2b) de Classibus.

1531, 4. DEMOSTHENIS *ὁ περι των συμμοριων λογος, μετα της Οὐλπιανου του ῥητορος ἐξηγησεως.* Basileae in officina Frobeniana Anno MD. XXXI. mense Septembri.

1802, 4. *ΙΕΡΟΓΡΑΦΙΚΗ ΑΡΜΟΝΙΑ Ἐκ διαφόρων ἐμμέτρων Ποιημάτων ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΠΤΩΧΟΠΡΟΔΡΟΜΟΥ, ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΙΣΙΔΟΥ Διακόνου καὶ Χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. Καὶ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ Ἧς ἐν συντεθεῖσα, καὶ διορθωθεῖσα, ἀξιοχρέως προσεφωνήθη ΤΩ ΠΑΝΑΓΙΩΤΑΤΩ ΚΑΙ ΘΕΙΟΤΑΤΩ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΩ ΠΑΤΡΙΑΡΧΗ ΚΥΡΙΩ ΚΥΡΙΩ ΚΑΛΛΙΝΙΚΩ Παρὰ τῦ ἐξ Ἀδριανυπόλεως Ἐλλογιμωτάτυ μεγάλυ Ἀρχιδιακόνυ τῆς Ἁγίας τῦ Χριςῦ μεγάλης Ἐκκλησίας. ΚΥΡΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ Οὗ καὶ τοῖς ἀναλώμασι διὰ κοινὴν τῦ γένυς ὠφέλειαν ἤδη τύποις ἐξεδόθη. Ἐν τῷ τῦ Πατριαρχείυ τῆς Κωνςαντινυπόλεως τυπογραφείῳ Ἔτει αωβ'.* 1802. —— 4 *ff.* praefixa, 200 pp. Omnia scripta in hac editione tantum graece leguntur.

2) In templum Deiparae.

1686, f. Georgii Pisidae carmen iambicum duplex in templum deiparae CPoli in Blachernis, graece. —— In *Cangii* Notis ad Zonaram. p. 65 sq.

1711, — 1729, f. — graece et latine. —— In Imperio orientali ab Anselmo Bandurio edito, lib. VII.

1802, 4. — graece et latine interprete I. Alb. Fabricio. —— V. eiusdem Bibl. graec. Vol. VIII. p. 615 sq. In priore editione, obi etiam Fabricius recepit, extat Vol. VII. p. 693.

II. *Editiones versionum.*

1677, f. Georgii Pisidae Diaconi et Referendarii Constant. ecclesiae opus sex dierum, sive mundi opificium, et de vanitate vitae, Latine. —— In Bibl. PP. (Lgd.) T. XII. p. 322—337.

III. *Illustrantia Georgium scripta.*

Gu. *Cave*: De Georgio Pisida. —— V. eiusdem Scriptorum ecclesiast. historiam literariam. p. 380 sq.

Casim. *Oudin*: De Georgio Pisida, eiusque scriptis. —— V. eiusdem Commentarios de scriptoribus ecclesiast. T. III. p. 1613 sqq.

GEORGIUS Syncellus.

Fabr. B. Gr. T. V. p. 149 sqq. X. p. 590 sqq.; *ed. n.* T. VII. p. 457 sqq. XII. p. 24 sqq.

I. *Editiones textus.*

1652, f. Georgii Monachi & Tarasii patriarchae CP. quondam Syncelli Chronographia, ab Adamo usque ad Diocletianum. Et Nicephori Patriarchae CP. breviarium chronographicum, ab Adamo ad Michaelis & eius F. Theophili tempora. Georgius Syncellus & bibliotheca regia nunc primum, adiecta versione latina, editus. Nicephori Breviarium ad varias editiones recensitum. His Tabulae chronologicae & annotationes additae. Cura & studio Iacobi Goar. Paris., e typogr. regia. —— Rep. 1729.

1729, f. *Γεωργιου Μοναχου και Συγκελλου γεγονοτος του εν αγιοις πατρος ἡμων Ταρασιου Πατριαρχου Κωνςαντινουπολεως, χρονογραφια απο Ἀδαμ μεχρι Διοκλητιανου.* Georgii monachi, et S. P. N. Tarasii patriarchae CP. quondam Syncelli chronographia ab Adamo usque ad Diocletianum. Et Nicephori Patriarchae CP. breuiarium chronographicum ab Adamo ad Michaelis et eius F. Theophili tempora. Georgius Syncellus e bibl. regia nunc primum adiecta versione latina editus. Nicephori breuiarium ad varias editiones recensitum. His tabulae chronologicae et annotationes additae. Cura et studio P. Iacobi Goar ordinis praedicatorum congregationis reformatae Sancti Ludouici. Venetiis, e typ. Iauarina. —— Utraque editio pertinet ad Byzantinorum historicorum collectiones, illa ad Parisinam, haec ad Byzantinam.

II. *Illustrantia Georgium scripta.*

Bredowii epistola ad F. A. Wolfium de Georgii Syncelli Chronographia e codd. Paris. supplenda et emendanda. —— V. eiusdem Epistolas Parisienses. (Lps., 1812, 8) p. 153 sqq.

Welseri epistolae de Georgio Syncello. —— V. eiusdem Opera (Norimb. 1682, f.) p. 795 sqq.

GEORGIUS Trapezuntius.

Fabr. B. Gr. T. X. p. 681 sqq.; *ed. n.* T. XI. p. 70 sqq.

I. *Editiones.*

1) Ad Ioannem epistola.

1652, f. Georgii Trapezuntii epistola ad Ioannem Cuboclisium contra Graecos. De processione Spiritus Sancti. Graece et Latine edidit Allatius. —— V. eiusdem Graecia Orthodoxa. T. I. p. 460—536.

2) Ad monachos Cretenses epistola.

1652, f. Georgii ad Monachos Cretenses, et sacerdotes de processione Spiritus sancti et de una sancta, et catholica ecclesia. Graece et latine edidit Allatius. —— V. eiusdem Graecia Orthodoxa. T. I. p. 537—582.

3) Methodus.

1701, 4. (*Georgii*) Trapezuntii, Methodus & ratio ad quam reperiri possint anni totius festa quae celebrantur in ecclesia Graecorum. Graece. In urbe Jassium Valachiae principatu.

4) Epistola ad Ioannem Palaeol.

1604, 4. Georgii Trapezuntii epistola ad Ioannem Palaeologum, Romanorum imperatorem, graece et latine. — Cum Theophylacto Simocatta. (Ingolst., apud Adamum Sartorium.) p. 317 et 325. — Hic commemoranda est: Georgii Trapezuntii Comparatio Platonis et Aristotelis. Venetiis per Iacobum Pentium de Leuco MDXXIII. 8. Praeterea scripsit de VIII partibus orationis; rhetoricorum libros V; Commentarios in Cic. Orationes et Cl. Ptolemaeum; Andreae Chii martyrium; Expositionem loci Ev. Ioh. c. 21, 22; et vertit plura Aristotelis et Cyrilli opuscula; homilias Ioannis Chrysostomi.

II. *Illustrantia Georgium scripta.*

Ch. F. *Boerner:* De Georgii Trapezuntii vita et scriptis. — *V.* eiusdem dissertationem secundam de exulibus Graeciae iisdemque literarum in Italia instauratoribus. Lps., 1705; auctam iterum edidit hanc dissertationem in libro inser.: De doctis hominibus graecis *etc.* Lps., 1750, 8, ubi *v.* p. 105 sqq.

Hodii dissertatio de Georgii Trapez. vita et scriptis. — *V.* eiusdem librum de Graecis illustr. L. Gr. instauratoribus. p. 102 — 135.

Lambecius: de Georgio Trapez. — *V.* Analecta Vindobon. T. I. p. 1196—1209.

Niceron: Ueber Georgius Trapezuntius. — *V.* eiusdem Memorias eruditorum virorum, ex versione Baumgartenii germanica, T. XI. p. 22 sqq.

Ger. I. *Vossius:* De Georgio Trapez. — *V.* eiusdem librum III. de historicis lat. (Lgd., 1651, 4) p. 597 sq.

Apost. *Zenus:* De Georgio Trapezuntio eiusque scriptis. — *V.* in Giornale de' letterati d'Italia T. XVI. p. 414 — 446; deinde haec repetita sunt in *Zeni* Dissertazione. (Venez. 1753, 4) T. II. p. 2 — 27.

GERMANUS.

Fabr. B. Gr. T. X. p. 206 sqq.; *ed. n.* T. XI. p. 155 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Plura opuscula.*

1644, f. Germani, patriarchae Constantinopolitani, Rerum ecclesiasticarum Contemplatio; Encomiom in S. Deiparam, et orationes III. Graece et Latine interprete Gentiano Herveto. — In Bibl. PP. (Paris.) T. XII.

1648, f. S. Germani, Patriarchae Constantinopolitani, Encomium in S. Deiparam, Oratio in Mariae annunciationem, in eiusdem dormitionem, in Dominici corporis sepulturam, Graece, cum versione Latina et notis Fr. Combefisii. — *V.* eiusdem Bibliothecae Patrum Graecolat. Auctar. nov. T. I. p. 1411 — 1526.

Bb) *Opera singula.*

1) Orationes.

aa) *Plures.*

1616, f. S. Germani orationes III in S. Crucem, Graece et Latine. — In *Iac. Gretseri* Opere de S. Cruce. (Ingolst.) p. 1237. 1413. 1427.

bb) *Singulae.*

1a) In encaenia aedis Mariae.

1664, 4. S. Germani Oratio in encaenia aedis B. Mariae et fascias Domini, cum versione Latina et notis Fr. Combefisii. — *V.* eiusdem Manipulum Originum rerumque Constantinopol. (Paris.) p. 232 — 242.

2b) In dormitionem Mariae.

1675, 8. S. Germani Sermo in Dormitionem S. Mariae, graece cum versione latina Fr. Combefisii. — Cum Theodoto Ancyrano. Paris.

2) Epistolae.

aa) *tres.*

1618, f. S. Germani epistolae tres, graece et latine. — V. *Binii* collectionem Conciliorum. T. III. p. 577 sqq.

1644, f. — graece et latine. — In collectione Conciliorum. (Paris.) T. XIII.

1671, f. — graece et latine. — V. *Labbei* et *Cossartii* collectionem Conciliorum. T. VII. p. 289 sqq.

1718, f. — graece et latine. — In *Harduini* collectione Conciliorum. T. IV. p. 239 sqq.

1760, f. — graece et latine. — In *Dom. Mansi* collectione Conciliorum. T. XIII. p. 99 sqq. V. *Walchii* hist. haeres. T. X. p. 98 sqq.

3) Expositio precationis dominicae.

1554, 8. Precationis Dominicae expositio, per Germanum archiepiscopum

Constantinopolitanum ex historia ejus Ecclesiastica desumpta, Graecè & Latine Adamo Lonicero interprete. Francof., apud Ch. Egenolphum. —— Sic in *Maittairii* Annal. typ. T. III. p. 631.

4) De Synodis.

1685, 4. Germani Constant. Patriarchae de Synodis oecumenicis, quot, quando et quare fuerint congregatae. Graece et latine. —— In *Stephani le Moyne* Variis Sacror. T. I. (LB.) p. 68 sq. Antea prodierat in Photii Nomocanone, ab *H. Iustello* edito Paris., 1614, 4; in *Voellii* atque *Iustelli* Bibliotheca canon. (Paris., 1661, fol.) Vol. II.; in *Harduini* collectione Conciliorum T. V., et in *Gallandii* Bibl. PP. T. XIII.

5) Decreta.

1596, f. Germani, Patriarchae Constant., Decreta III de monasteriis patriarchalibus, Graece et Latine. —— In *I. Leunclavii* Iure Graeco-Romano. (Francof.) T. I. p. 232—238.

6) De rebus ecclesiasticis.

1560, 4. Germani, Patriarchae Constantinop., Theoria sine Contemplatio rerum Ecclesiasticarum, Graece. Paris.

7) Liturgia.

1560, f. Excerpta liturgiae Germani. graece. —— Cum aliorum Patrum graec. liturgiis. Paris., Guil. Morelius.

8) Historia et theoria.

1526, 4. Germani, Archiepiscopi Constantinopolitani, historia ecclesiastica et mystica theoria, Graece, studio Demetrii Ducae, Cretensis. —— Cum Ioannis Chrysost. et Basilii liturgiis. Romae.
1578, 4. — graece. —— V. *ib.* Venetiis.
1643, 4. — graece. —— V. *ib.* Venetiis, Pel. Pinelli.

II. *Editiones versionum.*

Aa) *Plura opera.*

1677, f. S. Germani theoria rerum ecclesiasticarum; fragmentum aliquod contra haereses, ad Anthimum, Latine; Orationes IV in Deiparam virginem, Latine, ex interpretatione Fr. Combefisii. —— In Bibl. Max. PP. (Lgd.) T. XIII. p. 50—69.

Bb) *Opera singula.*

1) Orationes.

1677, f. S. Germani Oratio in primam ieiuniorum Dominicam; Eiusdem Oratio in sepulturam Dominici corporis, Latine ex interpretatione Fr. Combefisii. —— In Bibl. Max. PP. (Lgd.) T. XX. p. 1251—1261.

2) De haeresibus.

1601, 4. Fragmentum ex Germani oratione de Haeresibus. —— In *Canisii* Antiquis lectionibus. (Ingolst.) T. III.

GNOMICI v. POETAE.

GORGIAS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 910 sq.; *ed. n.* T. II. p. 805 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Duae orationes.*

1513, f. Γοργιου Λεοντινου Ἑλενης ἐγκωμιον και ὑπερ Παλαμηδους ἀπολογια. Graece. —— V. *Aldi* Rhetores graecos. Vol. II. p. 151—155, et Vol. III. p. 101 sqq. Prior oratio etiam citatur cum Isocratis orationibus. Hic tamen efficit Vol. III. rhetorum.
1773, 8. Gorgiae Leontini orationes, graece. —— V. *Reiskii* Oratores graecos, T. VIII. sqq.
1812, 8. — ἐκδοθεντες ὑπο Νεοφυτου Δουκα. —— *V. Λογοι των ἀττικων ῥητορων*, ab eo editi. T. IX.
1822, 8. —— Inter *Bekkeri* Oratores atticos. (*Oxon.*, et rep. *Berol.* 1824.) T. V.

Bb) *Singulae orationes.*

1) Pro Palamede.

1575, f. Gorgiae Leontini Apologia pro Palamede. —— V. *Stephani* Oratorum veterum orationes. p. 187 sq.

2) Helenae Laudes.

1534, f. Γοργιου Λεοντινου Ἑλενης ἐγκωμιον. Gorgiae oratio de laudibus Helenae, graece. —— Cum Isocrate. (Venetiis in aedibus haeredum Aldi Manutii, & Andreae Asulani, mense. Iulio. M. D. XXXIIII.) *f.* 86 *b* sqq. *V.* supra Aristides. I. Bb) bb) a). Hanc editionem non accorate noverat Harlesius; eam secundum catalogum Bibl. Barber. citat.

1593, f. *Γοργιου Λεοντινου λογος περι Ἁρπαγης της Ἑλενης.* Gorgiae Oratio, qua Helenam iniuste raptus causa reprehendi docet. Graece et latine, interprete Gu. Cantero. —— Cum Isocratis orationibus, ab Hier. Wolfio editis et ab H. Stephano impressis. P. II. p. 127 sqq. Perperam in Fabricii Bibl. Gr. l. c. p. 806 Harlesius adnotat utramque Gorgiae orationem hic editam extare.

1753, 8. *Γοργιου Λεοντινου Λογος περι Ἁρπαγης της Ἑλενης.* Orazione di Gorgia Leontino intorno al Rapimento d'Elena, Traduzione dell' Abate Angelo Teodoro Villa. —— Cum Colutho. p. CXV sqq. *V.* supra I. β). Iacobi Morelli notitia de Cardinalis Bembi versione orationis Gorgiae in laudem Helenae *v.* in Memorie dell' Imperiale Regio istituto del Regno Lombardo-Veneto Vol. II. (Milano 1821, 4) p. 219.

3) Epitaphium.

1823, 8. Fragmentum Epitaphii Gorgiae Leontini, ex Scholiasta Hermogenis depromptum edidit Iac. Geel. —— *V.* eiusdem Historiam crit. Sophistarum infra III. laudatam. p. 60. Antea idem edidit Hardiuo in dissertation sur l'origine et les progrès de la rhetorique infra laud. p. 205; deinde Schönhorn p. 8 sq. cum notis; tum ediderunt Weber l. infra c. p. 620 sq. cum nonnullis notis, Clinton in Fastis Hellenicis ed. Krüger. p. 389; Foss. p. 69 sqq. et Spengel p. 78 sqq.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

1566, f. Gorgiae Leontini oratio in laudem Helenae, latine Gu. Cantero interprete. —— Cum Aristide ab eodem converso. Basil. *Harles*, qui hic utramque Gorgiae orationem latine extare putat, valde errat.

B. germanicarum.

1827, 4. Gorgias Lobrede auf die Helena übersetzt und mit Anmerkungen begleitet von Weber. —— *V.* ephem. litter. schol. univ. Sect. II. no. 22. p. 169—173. no. 78. p. 620.

C. gallicarum.

1781, 8. L'Apologie d'Hélene et du fragment d'éloge des Athéniens morts du service de la Patrie par Gorgias; L'Apologie de Palamede par Gorgias, trad. en françois et avec sommaires par Athan. Auger. —— Cum eiusdem versione Isocratis. (Paris, chez de Bure) T. II. p. 220 sqq. T. III. p. 349 sqq.

III. *Illustrantia Gorgiam scripta.*

I. Conr. *Dinhaueri* Gorgias in Valeriano Magno Mediolanensi rediuiuo. Argent., 1652, 4. —— Hanc scriptionem non vidi.

Pet. Pauli *Dobree* Notae ad Gorgiam. —— *V.* eiusdem Adversaria; edente Iac. Scholefield. (Cantabr. 1831, 8) P. II. p. 555 sqq.

H. E. *Foss*: De Gorgia Leontino commentatio. Interpositus est Aristotelis de Gorgia liber, emendatius editus. Halae, Hemmerde. 1828, 8. —— 18 *Gr.* Conf. *Spengeli* censuram in *Seebodii* Krit. Bibl. 1829. no. 62. Cum acuto iudicio conscripsit auctor hanc disquisitionem. Aristotelis libri textum emendavit, addiditque commentarium. Conf. etiam Berlin. Jahrbb. f. wissenschaftl. Kritik. 1830. no. 17.

G. Gust. *Fülleborn*. —— *V.* Aristoteles. III.

Iac. *Geel*: De Gorgia Leontino. —— *V.* eiusdem Historiam criticam Sophistarum, in Novis Actis liter. Soc. Rheno-Traj. (Traject. 1823, 8) P. II. p. 52 sqq.

Hardion: Sur Gorgias. —— *V.* Mémoires de Litt. T. XIX. p. 203 sq.

I. Gf. *Hauptmann*: De Gorgia Leontino nonnihil commentatur. Gerae, 1751, 4.

— —: De Gorgiae Leontini scriptis commentatur. *Ib.*, 1751, 4.

Mongitor: De Gorgia. —— *V.* eiusdem Bibliothecam Siculam T. I. p. 258 sqq.

C. *Schönborn*: De authentia declamationum quae Gorgiae Leontini nomine extant, dissertatio. Vratisl., Max. 1826, 4. —— 4 *Gr.*

Leonh. *Spengel*: De Gorgia rhetore. —— *V.* eiusdem *Συναγωγη τεχνων.* (Stutg., Cotta. 1828, 8) p. 63 sqq.

GREGENTIUS.

Fabr. B. Gr. T. IX. p. 14 sqq.; *ed. n.* T. X. p. 115 sqq.

I. *Editiones textus.*

1586, 8. S. Gregentii, Archiepiscopi Tephrensis, disputatio cum Herbano Iudaeo, nunc primum graece edita, cum

Latina Nicolai Gulonii interpretatione, literarum Graecarum Professoris regii, notis illustrata; variisque lectionibus & castigationibus è vetustiori codice Graeco deprompta. Lutetiae, apud Feder. Morellum. —— Codex mstus, ex quo haec editio parata est, ut ex Gulonii epistola ad Aegidium Noalium Abbatem apparet, fuit mendosissimus. Cum autem, ex quo opus excudi coeptum erat, edituribus Murello et Gulonio alius codex traderetur, contulit cum eo Murellus textum iam impressum, et alia in fine correxit, alia autem, quae mera emendaverat coniectura, confirmavit. Hic posterior codex minutissimis litteris maximeque compendiariis scriptus erat.

1603, 8. Gregentii Disputatio cum Herbano Iudaeo, graece et latine, cum notis Gulonii. Paris., ex officinâ Morelliana.

1624, f. — graece et latine interprete Gulonio. —— In *Front. Ducaei* Auctario Bibliothecae PP. (Paris.) T. I.

1644, f. — graece et latine. —— *V.* Bibl. PP. T. XI. p. 194 sqq.

1788, f. —— In *Gallandii* Bibl. PP. T. XI. p. 599 sqq.

II. *Editiones versionum.*

1618, f. Gregentii Disputatio cum Herbano Iudaeo, latine. —— In Bibl. PP. (Colon.) T. V.

1677, f. — latine interprete Nicol. Gulonio. —— In Bibl. Max. PP. (Lgd.) T. VI. p. 1014—1040.

III. *Illustrantia Gregentium scripta.*

Cas. *Oudin:* De Gregentio eiusque scriptis. —— *V.* eiusdem Commentarios de scriptur. et scriptis eccl. T. I. p. 1423 sqq.

GREGORIUS Acindynus.

Fabr. B. Gr. T. X. p. 463; *ed. n.* T. XI. p. 507.

I. *Editiones textus.*

1) De Deo.

1616, 4. Variorum Pontificum epistolae X ad Petrum Cnapheum Eutychianum, qui impassibilem Dei naturam faciebat passibilem, ex bibl. Bavarica, Graece et Latine evulgatae studio Iacobi Gretseri, S. I. Accesserunt Gregorii Acindyni, libri duo de essentia & operatione Dei, Graecè editi studio eiusdem Iacobi Gretseri. Ingolstadii, ex typographia Ederiana. —— Rep. 1741. Gretserus capitum argumenta iam ante inseruerat notis suis ad Ioannem Cantacuzenum, indeque Bzovius Annalibus suis ad a. 1337 §. 8.

1741, f. —— In *Iac. Gretseri* Opp. (Ratisbon.) T. XV. p. 474—492.

2) Carmen.

1652, 4. Gregorii Acindyni de haeresibus Palamae carmen iambicum, Graece. —— In *Leon. Allatii* Graecia orthodoxa. (Rom.) T. I. p. 756—769.

II. *Illustrantia Gregorium scripta.*

Gu. *Cave:* de Gregorio Acindyno. —— *V.* eiusdem Adpendicem. ad Scriptor. eccl. historiam litter. p. 25.

GREGORIUS Agrigentinus.

1791, f. Gregorii Agrigentini Libri X explanationis ecclesiasticae, graece primum et cum latina interpretatione ac commentariis vulgati; quibus praeposita est vita ejusdem a Leontio monacho scripta nec hacteuus graece edita (*cura St. Ant. Morcelli.*) Venetiis, Coleti. —— CXXVII, 335 pp.

GREGORIUS Antiochenus.

Fabr. B. Gr. T. X. p. 159 sq.; *ed. n.* T. XI. p. 102 sq.

I. *Editiones textus.*

1648, f. Gregorii, Episcopi Antiocheni, Oratio in mulieres unguentiferas, Graece, ex versione latina et cum notis Fr. Combefisii. —— *V.* eiusdem Auctar. nov. Biblioth. PP. (Paris.) T. I. p. 827 sqq.

1788, f. — Oratio ad seditiosos milites, et homilia in mulieres unguentiferas, gr. et lat. —— In *Gallandii* Bibl. PP. T. XII.

II. *Editiones versionum.*

1677, f. Gregorii Oratio in mulieres unguentiferas, latine ex versione Fr. Combefisii. —— In Bibl. Max. PP. (Lgd.) T. XII. p. 823 sqq. Etiam in Combefisii Bibl. concio. T. III.

III. *Illustrantia Gregorium scripta.*

Gu. *Cave:* De Gregorio Antiocheno —— *V.* eiusd. Script. eccl. hist. lit. p. 347.

GREGORIUS Apenonymus. v. GEORGIUS Monachus.

GREGORIUS Cerameus. v. THEOPHANES Cerameus.

GREGORIUS Corinthius.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 546 sqq. X. p. 756 sqq.; *ed. n.* T. VI. p. 195 sqq. XII. p. 122 sqq.

I. *Editiones textus.*

1) De Dialectis.

α) Sine a. et l. notitia.

—, f. min. *Περι Διαλεκτων των παρα Κορινθου παρεκβληθεισων.* —— Accedunt Δημητριου χαλκονδυλου ἐρωτηματα συνοπτικα των οκτω || του λογου μερων μετα τινων χρησιμων κανονων. et *Του σοφωτατου και λογιωτατου κυριου μανουηλ του μο-||σχοπουλου Διορθωθεντων ἐρωτηματων. f.* 145*a* (*sign. α*) — *f.* 163*a* lin. 5. Fortasse circiter a. 1493 Mediolani prodiit.

β) Cum a. et l. notitia.

1496, f. Gregorii Corinthi de idiomatibus decerpta. Graece. —— *V.* Thesaurum Curuucopiae & Hortos Adonidis. Venetiis in domo Aldi Romani.

1512, 4. De idiomatibus linguarum tractatus Corinthi, graece et latine. —— Cum Constantini Lascaris libris aliorumque operibus. Venetiis apud Aldum mense Octubri.

1523, 4. —— In Dictinnario cum aliis opusculis. Paris., apud Egid. Gormontium.

1524, f. *Περι διαλεκτων των παρα Κορινθου παρεκβληθεισων.* Graece. —— In Dictinnario graeco. (Venetiis in aedibus Aldi, et Andreae Asulani soceri, mense Deceobri. M.D.XXIIII.) P. II. *f.* 82*b* sqq.

1524, f. *Περι διαλεκτων των παρα Κορινθου παρεκβληθεισων.* De Dialectis, quae ab Corintho decerptae. Graece et latine. —— In Dictionario graeco. (Basileae in aedibus Io. Frub. annu M.D.XXIIII. Mense Ivlio.) *sign.* Q 4.

1525, f. —— *V.* Ammonius Alexandrinus. I. bis.

1530, f. — graece et latine. —— In Lexico graecolatinu. (Imprimi curabat Gerardus Murrhius Campensis. Parisiis apud collegium Surbonae. Anno a Christi nativitate M.D.XXX. Mense februario.) *sign.* B 2*b* sqq.

1540, 8. —— Cum Constantini Lascaris grammatica. Venetiis, de Sabin.

1541, f. —— In Const. Lascaris grammatica.

1541, f. —— In *Hi. Curionis* Lexico Graeco. Basil., I. Valder.

1546, 8. —— Cum Constantini Lascaris grammatica. Venet., Hier. Scotus.

1557, f. —— In *Hi. Curionis* Lexico Graeco. Basil.

1766, 8. *ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΚΟΡΙΝΘΟΥ, περι διαλεκτων.* GREGORIVS, Corinthi Metropolita, de dialectis. E Codicibus MSS. emendavit & notis illustravit Gisbertus Knen, JCtus. Accedunt. *Grammatici* Leidensis et Meermanniani de Dialectis opuscula ab iis, quae sub Ioannis Gramatici nomine vulgo circumferuntur, longe diversa. Lvgdvni Batavorum, Apud Petrvm van der Eyk et Cornelivm de Pecker. MDCCLXVI. —— XLIV pp. et 1 *f.*, 334 pp. et 13 *ff.* Koen apographo Vossii ex codice msto facto atque variis lectionibus duorum codicum Parisiensium usus est. In praefatione de variis Gregoriis Corinthiis aliisque grammaticis, qoi scripserunt de dialectis, agit. Conf. *Klotzii* Acta litter. Vol. IV. 320 sqq. Rep. 1811.

1811, 8. Gregorii Corinthii et aliorum grammaticorum libri de dialectis linguae graecae. Quibus additur nunc primum editus Manuelis Moschopuli libellus de vocum passionibus. Recensuit et cum notis Gisb. Knenii, F. Jac. Bastii, I. Fr. Boissonadii suisque edidit Gf. H. Schäfer. Accedit F. Iac. Bastii commentatio palaeographica, cum tabulis aeneis VII. Lps., Weigel. —— LIV, 1065 pp. 6 *Th.*, ch. scr. 7 *Th.*, ch. membr. 12 *Th.* Haec editio priori prorsus praeferenda est.

2) Expositio.

1773, 8. Gregorii Corinthii expositio libri Hermogenis *περι μεθοδυ δεινοτητος.* Cum praefatione et notis Reiskii, Nunc primum e cod. msto edita. —— V. *Reiskii* Oratores graecos, T. VIII. p. 877 sqq.

II. *Editiones versionum.*

1600, f. De Dialectis a Corintho decerptis. Latine. —— In Thesauro utriusque linguae, ab Bonav. Vulcanio edito. LB. Antea in Tomo IV. Stephaniani Thesauri prodiit. Rep. in editione Londinensi p. 639 sqq.

GREGORIUS Cyprius.

Fabr. B. Gr. T. VI. p. 579 sqq. X. p. 764 sqq.; *ed. n.* T. VIII. p. 57 sqq. XII. p. 127 sqq.

I. *Editiones textus.*

1) Proverbia.

1619, 4. Gregorii Cyprii proverbia, graece. —— Ad calcem Michaelis Apostolii Proverbiorum. (L.B.) p. 273—281. *V.* supra Apostolius. I.

2) Encomia.

1591, 8. Gregorii Cypri Encomium maris, numquam antea excusum. —— *V.* Aristoteles. I. CC. Cce) 2) *β*).

1597, 8. Gregorii Cyprii Maris s. universae aquarum naturae laudatio graece latine interprete F. Morello. Paris., Morellus.

1697, 8. — graece latine, opera I. Schotani. Franequerae.

1829, 8. *Γρηγοριου του Κυπριου ἐγκωμιον εἰς Μιχαηλ τον Παλαιολογον και νεον Κωνσταντινον.* —— V. *Boissonadii* Anecdota graeca. T. I. p. 313 sqq.

1829, 8. *Γρηγοριου του Κυπριου ἐγκωμιον εἰς τον αὐτοκρατορα Ἀνδρονικον τον Παλαιολογον.* —— V. *ib.* p. 359 sqq. et quae s. v. Anecdota notavi.

3) Expositio.

1711, f. Gregorii Cyprii Tomus sine expositio de fide contra Ioannem Veccum, patriarcham, graece e cod. msto bibl. regiae Paris. —— In *Anshelmi Banduri* Imperio Orientali. (Paris.) p. 942—949.

1729, f. *Εκθεσις τȣ τομȣ κατα τȣ Βεκκȣ, παρα τȣ ἁγιωτατȣ και οἰκȣμενικȣ πατριαρχȣ Κυριȣ Γρηγοριȣ τȣ Κυπριȣ.* Graece. —— In *Banduri* Imperio Orientali. (Venet.) T. II. p. 652 sqq.

4) Confessio.

1711, f. *Γρήγοριου ὁμολογια γεγονυια, ὁποτε ἡ ἐπισυξασις γεγονε κατ᾽ αὐτον παρα των κληρικων και τινων ἀρχιερεων δια το γραμμα του ἐξ Ἑβραιων, μαλλον δ᾽ Ἰȣδα Μαρκȣ.* *Graece.* —— V. *ib.* p. 949—952.

1729, f. — graece. —— In *Banduri* Imperio Orientali. (Venet.) T. I. p. 658 sq.

5) Apologia.

1711, f. *Γρηγοριου Ἀπολογια προς την κατα τȣ τομȣ μεμψιν ἰσχυροτατη.* *Graece.* —— V. *ib.* p. 952—961.

1729, f. — graece. —— In *Banduri* Imperio Orientali. (Venet.) T. II. p. 660 sqq.

6) Epistolae.

1711, f. Gregorii epistola ad Imperatorem Andronicum. *Graece.* —— V. *ib.* p. 961.

1753, 4. Gregorii Cyprii binae epistolae, primum edidit Fr. I. Frauc. Bernardo M. de Rubeis. —— *V.* infra III.

7) Oratio.

1675, f. Gregorii Cyprii in Georgium, martyrem, oratio, Graece et latine. —— In Actis Sanctorum XXIII. April. T. III. p. IX sqq. 123 sqq. Graece quoque extat ex alio codice in Actis sub fine T. III. p. XV sqq.

8) Sententiae.

1536, 8. Gregorii sententiae. Colon.

9) Encomium in Georgium.

1613, 8. Apospasmation ex encomio in Georgium Logothetam Acropolitam. Graece et latine edidit Theod. Dousa. —— Praefixum est Georgii Acrop. Chronico.

10) *Χρεια.*

1830, 8. *Γρηγοριου του Κυπριου χρεια.* —— V. *Boissonadi* Anecdota. T. II. p. 269 sqq.

II. *Editiones versionum.*

1596, 8. Louange de la Mer, et de la nature de l'eau en general, traduict sur l'original Grec de Gregoire de Cypre. à Paris par Federic Morel, imprimeur ordinaire du Roy. M.D.XCVI.

III. *Illustrantia Gregorium scripta.*

Georgii seu Gregorii Cyprii, patriarchae CPolitani, vita: quae ex codice Lugduno-Batan. nunc primum graece in lucem prodiit, cum latina interpretatione et notis (*historicis, chronologicis et criticis*). Accedunt dissertationes duae historicae et dogmaticae, cum binis epistolis,

eiusdem Cyprii ad amicum, et Moschamperis Exchartophylacis ad ipsum, nunc primum editis: queis Byzantina Georgii Pachymeris historia illustratur. Auctore Fr. I. Fran. Bernardo M. de Rubeis, ordin. Praedicatorum. Venetiis. MDCCLIII. typis I. Baptistae Pasquali. 4. —— Conf. Nova acta Lips. Erudit. a. 1758. m. Mart. P. II. p. 178—189.

GREGORIUS Nazianzenus.

Fabr. B. Gr. T. VII. p. 507 sqq.; *ed. n.* T. VIII. p. 383 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1550, f. *ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ἍΠΑΝτα, τα μεχρι νυν μεν εὑρισκομενα. ὡν σχεσιν σελις ἡ δευτερα περιεχει. Του αὐτου βιος, συγγραφεις ὑπο Σεΐδα, Σωφρονιȣ και Γρηγοριȣ τȣ πρεσβυτερȣ. Εν βασιλειᾳ, ἀναλωμασι Ιωαννου του ἑρβαγιου. — Ἐτυπωθη ἐν Βασιλειᾳ ἀναλωμασιν Ἰωαννȣ τȣ Ἑρβαγιȣ ἐτει θεογονιας χιλιοςῷ πεντακοσιοςῷ πεντηκοςῷ, μηνι βοηδρομιωνι.* —— 3 *ff.* praefixa, 340 et 96 pp. Versio latina, quae *ib.* eodemque a. prodiit, et non raro textui adiungitur, v. infra II. Bibl. acad. Lips.

1609—1611, f. S. Gregorii Nazianz. Opera (*scl. quae soluta oratione scripsit, et hoc tomo primo continentur*) nunc primum Graece et Latine conjunctim edita, subsidio Episcoporum & cleri; ex Billii collatione, emendatione & interpretatione; aucta aliquam multis ejusdem Gregorii epistolis nunquam antea editis, ex interpretatione Fed. Morelli. Lutet., typis regiis, apud Cl. Morellum. — S. Gregorii Nazianz. operum tomus secundus; quo poëmata omnia Graece & Latine, una cum doctis Graecorum Nicetae Serronii, Pselli, Nonii, Eliae Cretensis, & Iac. Billii commentariis in omnia ejusdem Gregorii scripta, continentur. Lutet., ex offic. Typogr. Cl. Morelli. *Voll. II.* —— Morellus, qui hanc editionem Paulo V. inscripsit, ad textum emendandum codicibus mstis osus est, sed, ut docti viri iudicant, non ea diligentia, qua par erat. Item Billii versio, quamquam accuratissima plerumque iudicatur, mendis scatet. In calce primi voluminis notas ad Gregorii opera eiusdemque epistolas, primum a se editas addidit.

1630, f. S. Gregorii Opera, Iac. Billius cum MSS. regiis contulit, emendavit, interpretatus est, una cum doctissimis Graecorum Nicetae Serronii, Pselli et Eliae Cretensis commentariis. Aucta est haec editio aliquammultis eiusdem Gregorii epistolis nunquam antea editis, ex interpretatione Fed. Morelli. Paris., Cl. Morellus. *Voll. II.*

1690, f. *Του εν αγιοις πατρος ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ τα ευρισκομενα.* Sancti Patris Nostri Gregorii Nazianzeni Theologi Opera. Jac. Billius Prunaeus S. Michaelis in Eremo coenobiarcha, cum MSS. Regiis contulit, emendavit, interpretatus est, una cum doctissimis Graecorum Nicetae, Serronii, Pselli, Nonii et Eliae Cretensis commentariis. Aucta est haec editio aliquammultis ejusdem Gregorii epistolis nunquam antea editis, ex iuterpretatione Fed. Morelli Professoris & Interpretis Regii. Colon. (*Lipsiae*), sumpt. Mauritii Georgii Weidmanni. MDCLXXXX. *Voll. II.* —— Negligenter ex praecedente editione haec editio expressa est.

1753, f. S. Gregorii Nazianz. opera, graece latine interprete Iac. Billio, cum variorum commentariis. Acced. quamplurima a Tollio et Muratorio ex vetustiss. codd. collecta et notis illustrata. Venet., Zatta. *Voll. II.*

1778 (*non* 1779 *nec* 1788), f. *Τα ἐν ἁγιοις πατρος ἡμων Γρηγοριȣ τȣ Θεολογȣ … τα εὑρισκομενα (!) παντα.* S. Patris nostri, Gregorii Theologi, vulgo Nazianzeni, archiepiscopi CPolitani, Opera omnia, quae extant, vel eius nomine circumferuntur, ad mstos codd. Gallicanos, Vaticanos, Germanicos, Anglicos, nec non ad antiquiores editiones castigata, multis aucta, Opera et studio monachorum ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri. Tom. I. Paris. —— Nescio quomodo fieri potuerit, ut ab Harlesio haec editio sub a. et 1778 et 1779, atque ab Eberto et Quérard in *La France littéraire* T. II. p. 460 sub a. 1788 indicaretur. Errore typogr. (in Notice sur le manuel du libraire par Brunet p. 16, quam Paris. 1810, 8. edidit Chardon de la Rochette) deceptus Ebert in libro suo saepe laudato scripsit 1788. Si *Harlesii* breviorem notitiam litteraturae graecae p. 727 inspexisset, vitium evitasset; ibi enim legitur: „in titolo exemplaris, quod penes nos est, legitur M. DCC. LXXVIII.“ Hanc notitiam, quae est Gf. H. Schäferi, repetendam

doxi, com hanc splendidam, cuius primus tantum tomus prodiit in lucem, videre mihi non contigerit. Inchoata fuit a Francisco Louvari, illo autem mortuo operam suscepit Prud. Maran, qui item diem obiit, antequam promissis steterit. Editur deinde extitit C. Clemencet. Hic primus tomus nihil nisi Gregorii vitam ex eiusdem operibus concinnatam et Orationes continet.

Bb) *Opera plura.*

1561 (*non* 1567), 8. Gregorii Nazianz. graeca quaedam et sancta carmina, cum interpretatione latina Io. Langi, Silesii, et eiusdem Silesii poemata aliquot christiana. Basil. per I. Oporinum.

1575, 8. D. Gregorii Nazianz. Opuscula quaedam, Graece, nunc primum in lucem edita, cum Latina metrica versione; aliaque item versibus reddita, magnaque ex parte Cyri Dadybrensis episcopi commentariis illustrata; editore & interprete Iacobo Billio; ex Reginae matris, Cardinal. Sirleti, & Saiobuci codicibus. Paris., apud Io. Bene-natum. —— Maittaire in Annal. typ. T. III. p. 763 accuratiorem dedit tituli notitiam quam Harlesius ex bibl. Mencken. I. p. 44 sq.

1610, 4. Sancti GREGORII NAZIANZENI in Ivlianum Invectivae (*orationes*) duae. Cum Scholiis Graecis nunc primum editis, & ejusdem Authoris nonnullis aliis quorum syllabum sequens Pag. continet. Omnia, ex Bibliotheca Clarissimi viri D. Henrici Savilii, Edidit R. Montagu. Etonae, in Collegio Regali, Excudebat Ioannes Norton, in Grecis, *etc.* Regius Typographus. 1610. —— In hac editione leguntur: Gregorii Nazianz. Invectivae duae, cum Scholiis Graecis incerti Authoris, nunc primum editis; Ejusdem Oratio *εἰς τας μαρτυρας, και κατα Αρειανων* Graecè nunc primum edita; Ejusdem Epistolae quaedam Graecè nunc primùm editae; Ejusdem Testamentum Graece, cum variis codicibus collatum; In duas Invectivas Notae R. Montagu; In omnes Nazianzeni orationes & Epistolas castigationes, & lectionum varietates, è quam plurimis manuscriptis codicibus collectae et digestae. Bibl. acad. Lips.

1788, f. Sancti Gregorii Nazianzeni Carmina et Epistolae, quae in operum ejusdem S. Patris editionibus desiderantur. Omnia nunc primum collecta & recensita. Graece et Latine. —— *V.* Gallandii Bibl. PP. T. VI. p. 353—456. Carmina ex editione Muratoriana et ex editione Tolliana sunt exhibita. Epistolae autem hae sunt: 1) Ad Nectarium Episcopum CPolitanum; 2) Ad Basilissam; 3) Ad Eusebium Samosatensem, nomine patris sui Gregorii; 4) Ad Theclam.

1827, 12. Choix de poésies et de lettres de S. Grégoire de Nazianze, avec le texte en regard, publié par J. Planche. Paris, Gide.

Cc) *Opera singula.*

1) Orationes.

aa) *Plures.*

1516, 8. GREGORII NAZANZENI (?) THEOLOGI ORATIONES LECTISSIMAE XVI. *Graece. Infra Aldi insigne typ.* AL|| DVS. *In fine:* VENETIIS, IN AEDIBVS ALDI, ET ANDREAE SOCERI MENSE APRILI. M. D. XVI. —— 8 non num. *ff.*, quorum ult. vacat, 311 num. *ff.*, et 1 *f.*, quod insigne Aldi typ. habet.

1536, 8. Gregorii Nazanzeni Theologi Orationes novem elegantissimae. Gregorii Nysseni liber de homine, Quae omnia nunc primum, emendatissima, in lucem prodeunt. *Graece.* — Venetiis, in aedibvs haeredvm Aldi, & Andreae Asvlani Soceri, M. D. XXXVI. —— 148 *ff.* Gregorius Nazianz., et 76 *ff.* (quorum ult. errore numerum 68 habet) Gregorius Nyssenus complectitur. 4 *ff.* in fine.

1549, 4. S. Gregorii Nazanzeni Orationes duae, prima in Natalem nostri Servatoris, secunda in festum Epiphaniorum. Graece. Parisiis apud Vascosanum. M. D. XLIX.

1587, 8. Gregorii Nazianzeni binae orationes: In nativitatem Christi, cum Paraphrasi Nicetae; et in S. Pentecosten, item cum Nicetae paraphrasi. *Graece.* —— Inter: Humilias quasdam sacras, ab Hoeschelio editas. (Avgvstae. Typis Michaelis Mangeri. M. D. LXXXVII.) p. 1 sqq. 223 sqq.

1610, 4. —— *V.* supra Bb).

1709, 8. S. Gregorii Nazianz. Oratio de moderatione in disputationibus servanda, et Oratio I. de Theologia, Graece et Latine, interprete Iac. Billio. —— In Institutionibus theolog. antiquor. Patrum. (Rom.) T. I. p. 67—157, 158—185.

1710, 8 mai. Gregorii Naz. orationes IV, et oratio panegyrica in Christi nativitatem, graece. —— In *Patusae* Encyclopaedia philologica. (Venetiis) T. IV.

1740, 8. Gregorii Nazianz. orationes in festum Pentecostes et natalem diem Iesu Christi. Graece. Lips.

1780, 4. S. Gregorii Nazianzeni binae orationes, graece et latine. Varias lectiones, commentarium duplicem et scholia nunquam antea edita, ex codicibus bibliothecarum SS. Synodi Mosquensis *etc.* adiecit Ch. F. Matthaei. Accessit XXIV Codd. MSS. Gregorii recensio, eiusque carmen de libris canonicis cum interpretatione duplici. Mosquae in Typographeo Vniversitatis, Typis N. a Noviceno. Anno 1780. —— 108 pp.

bb) *Singulae.*

1a) Invectiva.

1531, 4. Gregorii Naz. in Iulianum invectiva (*oratio*) prior. Graece. Paris., Wechel.

2b) In nativitatem Christi.

1575, 8. Basilii et Gregorii orationes in nativitatem Iesu Christi. Graece Latine cum notis edidit Ge. Langenoith. Lips.

1615, 8. *ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΑΖΑΝΖΗΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΛΟΓΟΣ εἰς τα θεοφανια ἐιτ' ουν γενεθλια τȣ σωτηρος.* Etonae excusum in Collegio Regali Anno CIↃIↃCXV. —— 13 pp. Graece tantum oratio legitur.

1670, 8. Gregorii Naz. oratio panegyrica in Christi nativitatem, graece et latine ex Billii versione edidit Ch. Daumius. —— Inter divorum (graecorum latinorumque) patrum in festum Christi nativitatis homitias. (Cygneae, Ebet.) p. 26 sqq.

3c) Pro Fuga.

1712, 8. *ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΑΖΙΑΝΖΗΝΟΥ ΛΟΓΟΣ ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΣ ΤΗΣ ΦΥΓΗΣ ΕΝΕΚΕΝ.* GREGORII NAZIANZENI Oratio apologetica pro Fuga, cum annotationibus, opera S. Thirlby, A. B. —— In editione Ioannis Chrysostomi de Sacerdotio. (Cantabr.) p. 307—455. Textus fundamentum fuit editio Murelli.

4d) De mundo.

1692, 8. S. Gregorii Nazianz. Oratio arcana de mundo, Graece, cum interpretatione Graeca Cyri Nicetae, opera A. R. (*Adami Rechenbergii.*) Lips., ap. Chph. Fleischer.

5e) De Pentecoste.

1582, 8. S. Gregorii Nassianseni (?) oratio de S. Pentecoste, graece et latine, cum scholiis. Edidit Matthias Dresserus. Lips., I. Steinmann.

6f) In Athanasium.

1627, f. Gregorii oratio in S. Athanasium, graece et latine. —— Praefixa est Athanasii operibus. (Paris.) T. I.

7g) Laudatio Caesaris.

1820, 12. Sancti Gregorii Nazianzeni quam in laudem Caesarii dixit funebris oratio, novissimè et in gymnasiorum potissimum gratiam accuratissime edita, rhetorica partitione argumentisque latinè expressis ac praecipuarum rerum illustri indice ornata. Paris., Delalain.

8h) De iis, qui evangelium prophanant.

—, 8. Gregorii Nazianzeni Sermo, adversus eos qui importunis disceptationibus Evangelium prophanant. Item Chrysostomi coutio de Magistratibus. *Graece.* —— Typis Melch. Lotteri iunioris Wittenbergae liber impressus est.

cc) *Fragmentum.*

1779, 8. *Του ἁγιου Γρηγοριου του θεολογου ἐκ του προς ἀςρονομους λογου. Graece.* —— V. *Ch. F. Matthaei* Lectiones Mosquenses. Vol. II. p. 38 sqq. Edidit Matthaei fragmentum e cod. Typograph. Synodalis Mosquensis.

2) Epistolae.

1528, 8. Gregorii Nazanzeni epistolae. —— Cum Basilii Magni epistolis. V. *ib.* I. Ce) 8).

1532, f. Gregorii Nazianz. dicti Theologi epistolae CCXLV. Graece. —— Cum Basilii Magni operibus. V. *ib.* I. Bb).

1597, 8. Gregorii Naz. epistolae aliquot, nunc primum editae opera Bonav. Vulcanii. —— Cum Theophytacti Simocattae Quaestionibus physicis. I.8.

1598, — 1602, — 1610, 8. Gregorii Nazianz. selectarum epistolarum libri IV. Ingolst. —— Rep. 1619.

1619, 12. D. Gregorii Nazianzeni, cognomento Theologi, Selectarum Epistolarum libri IV Graecolatini. Additis nonnullis ex Anthologia Graecorum epigrammatis. Editio quarta. Ingolst., Ex Typographeo Ederiano.

3) Poemata.

aa) *Plura.*

1504, 4. Gregorii Nazanzeni Carmina, cum versione latina. *In calce f.* 229: Venetiis ex Aldi Academia mense Iunio. M. DIIII. —— 230 non num. *ff. F.* 230*b* insigne Aldi typ. habetur. Alia 4 *ff.* (quae tamen saepe desunt) sequontur, quorum duo priora textos emendationes (non *errata*), duo posteriora autem tabulam argomenti continent. Gregorii carmina efficiunt volumen III. collectionis Poetarum christianorum ab Aldo editorum. Quod ad exteriora adtinet, adnotandum est, textum graecom ab versione latina separari posse, ita ut seorsim saepe occurrant. Quo factum est, ut media in plagula quaque duae paginae vacent. Hoc autem spatium evangelio Ioannis a cap. I — VI. graece primum impresso Aldus explerit, et in infima qoaque pagina, spectans ad Gregorium, scripsit: *Quaere reliquum in medio sequentis quaternionis.* Deinde in indice indicat, se reliquam evangelii partem propediem editurum esse una cum Nonni Panopolitae in Ioannem paraphrasi. Sed promissis noo stetit. Lucolenter hanc rem exposuerunt *Renouard* in Annales de l'imprimerie des Aldes (edit. II.) T. I. p. 108 sq. et *Meusel* in Litterarisches bibliographisches Magazin P. I. p. 197.

(1565,) 8. Divi Gregorii Nazianzeni Episcopi graeca et sancta carmina. Cum latina I. Langi interpretatione. Einsdem Langi poemata aliqua christiana. Basil., Oporin.

1568, 32. Gregorii Nazianz. Odae aliquot. Graece, nunc primum in lucem prodeuntibus Latinam versionem adjunxit Fr. Portus. —— Com Synesii hymnis. Excud. Heor. Stephanus. Rep. 1570, 1586 et 1618.

1570, 8. *Γρηγοριου του Ναζιανζηνου ᾠδαι τεσσαρες.* Graece et latine. —— Cum Synesii hymnis. Paris., apud I. Benenatum. —— *V.* 1568 et 1586.

1582, 4. Gregorii Nazianzeni poematum quaedam selectiora. Graece. Rostoch.

1582, 16. *Edmondi Augerii* catechismus parvus, hoc est, summa doctrinae catholicae, Graecè & Latinè: accesserunt aliquot hymni & versus Clementis Alexandrini, Gregorii Nazianzeni, & Synesii Cyrenensis, Graecè & Latinè. Lugd., Ioan. Stratius.

1586, 8. Gregorii Nazianz. odae quatuor, Graece. —— Cum Syoesii ndis. Paris. ap. Fed. Morel. *V.* 1568 et 1618.

1590, 8. S. Gregorii Nazianzeni Carmina selecta, (*ab Hier. Bruxello S. I. edita.*) Cyrilli Alexand. de plantarum et animarum proprietatibus liber, nunc primum in lucem editus. Synesii hymni X. Clementis Alex. hymnis. Romae, Zanetti.

1591, 8. Gregorii Naz. Arcana, s. de principiis versus 482 cum paraphrasi graeca Nicetae; eiusdem carmen contra Apollinarium; item de poematis, a se editis, et quaedam alia. Graece nunc primum publicata studio et opera Dav. Hoeschelii. LB., ex offic. Plantin.

1596, 8. S. Gregorii, Nazianzeni, tetrasticha, disticha, monosticha & carmina, cum versione Latina è regione, ex interpretatione Erhardi Hedenexii. —— Com Nonni Panupolitani paraphrasi Ioannis. Basil.

1600, 8. Gregorii Nazianz. Carmina quaedam breviora et selectiora, Graece. edidit Pet. Tarnovius. Rostochii.

1603, 12. *Γρηγοριου του Ναζιανζ. του Θεολογου ᾠδαι τινες και τἀλλα τινα.* Gregorii Nazianz. Theologi Odae aliquot et quaedam, omnia sedulo recognita et notis quibusdam illustrata. Graece et latine. —— Cum Syoesii hymnis. Turnoni.

1614, f. Gregorii Nazianzeni Odae, Graece et Latine. —— Inter Poetas Graecorum. (Genev.) T. II. p. 185 sqq.

1618, 12. Gregorii Naz. Odae quatuor; graece Latina Fr. Porti interpretatione recognita. —— Cum Synesii hymnis. Paris., ap. Th. Morel. —— In hac editione oda quarta primum integra prodiit, cum editoris versione latina. In prioribus editionibus versus tantum sedecim legebantur, itaque oda plusquam duodenis partibus mutila erat.

1630, 8. Gregorii Naz. gnomica tetrasticha, disticha, monosticha, pro ludo Hannouerano, cum paraphrasi latina. Goslar.

1647, 8. Gregorii Naz. poemata quaedam, graece et latine. Lunaeb.

1696, 4. Gregorii Nazianz. Cygnea inedita. Graece et Latine. —— V. *Tollii* Insignia Itin. Ital. (Trj. ad Rh.) p. 1—105. Rep. 1709.

1709, 4. —— In *L. Antonii Muratorii* Anecdotis graecis. (Patav.) p. 1 — 127.

1718, 12. Gregorii Nazianzeni Poematia plurima, graece cum versione la-

tina et cum notis grammaticis, gallice scriptis Dionysii Gaullyer. Paris., I. Bapt. Brocas.

1762, 8. Gregorii Nazianz. Epigrammata antea ab Muratorio graece edita, cum Salvini versione latina metrica, variantibus aliquot lectionibus et notis, edidit Angel. Maria Bandini. —— In Monumentis Graecae veteris Ecclesiae. (Flor.) T. II. p. 113 sqq.

1813, 8 mai. Gregorii Nazianzeni epigrammata multo auctius e cod. Vatic. quam ante Muratori edidit. —— In *F. Jacobsii* Anthologia Palatina. Vol. I. p. 539—604.

1815, 8. Gregorii Nazianzeni Epigrammata Selecta quaedam; recensuit H. S. Boyd. —— *V.* Classical Journal. no. XV. p. 31 sq.

bb) *Singula.*

1a) Oda de se ipsa.

α) Sine a. et l. notitia.

—, 4. *Γρηγοριου του Θεολογου, επισκοπου ναζιανζου, περι των καθ' ἑαυτον, ἐπη, δι' ὡν παροξυνει λεληθοτως ἡμας προς τον ἐν χριςῳ βιον.* —— 23 pp. Bibl. sen. Lips. hanc editionem, quam nusquam inveni commemoratam, adservat.

β) Cum a. et l. notitia.

1571, f. *Γρηγοριου του Ναζιανζηνου εις τον ἑαυτε βιον προς τον δημον της Κωνςαντινοπολεως.* Gregorii Nazianzeni poema de vita sua, scriptum ad Pop. Constantinopolitanum Io. Leuuenklaio interprete. Graece et Latine. —— In editione Operum omnium latine versorum. Basil. in 17 foliis praefixis, post alia 6 *ff.* praefixa.

1597, 8. Gregorii Nazianz. Ode jambica de se ipso, Graecè; hactenus in plerisque editionibus inchoata tantum, nunc absoluta & integra. Lutetiae, apud Fed. Morellum architypogr. reg.

2b) De principiis.

1591, 8. S. Gregorii Nazianz. Arcana seu de Principiis Versus CCCCLXXXII. Graece, cum paraphrasi graeca, & alia eiusdem Carmina Edidit Dav. Hoeschelius. LB., Plantinus.

1645, 8. Gregorii Nazianzeni Cognomine Theologi *Ἀποῤῥητα* seu Arcana. Cum paraphrasi graeca. Antehac a Dav. Hoeschelio publicata iam vero recognita et latina interpretatione nec non altera latina eaque metrica cuiusdam paraphrasi donata. Studio Ioa. Hornschuchii. Lips.

3c) Parabolae et miracula.

1523, 4. Gregorii Nazianzeni Miracula secundum Matthaeum Carmine Graeco cum Translatione Latina. —— In Evangelica Historia ex quatuor Evangelistis. Aug. Viodel., expensis Sigism. Grimm.

1529, 4. Parabolae & miracula. —— *V.* supra Epiphanius. I. Cc) 2). Alia editio, quam Panzer in Annal. typ. T. IX. p. 193 no. 119 sine a. et l. notitia citat, eadem est ac commemorata.

4d) Definitiones rerum.

1591, 8. S. Gregorii Nazianzeni Definitiones rerum simplices: Graece nunc primum ex augustana Bibliotheca editi a Danide Hoeschelio, cum eiusdem Hoeschelii notis, & latina versione Ioannis Leunclauii. Heidelbergae cIↄ. Iↄ. XCI. —— 46 pp. De hoc libello conf. Freytagii Adparatum litt. T. III. p. 583 sqq.

1599, 8. S. Gregorii Nazianzeni definitiones rerum simplices, Graece primum ex Aug. Bibl. editae a Davide Hoeschelio, cum ejusdem notis & latina versione Io. Leunclavii V. C. nunc recusae. Aug. Viodel. Ex officina Mich. Mangeri. MDXCIX. —— Sic hanc editionem indicat Zapf in Augsburgs Buchdruckergeschichte T. I. p. 191. Alia editio s. 1599, 8. sed sine l. notitia commemoratur in Catalogo bibl. Upsal. T. I. p. 359.

5e) Adversus mulieres.

1588, 4. S. Gregorii Nazianzeni carmen adversus mulieres ambitiosius se adornantes. Graece. Paris., e typographia Steph. Prevosteau. M. D. LXXXVIII.

6f) Sententiae.

α) Sine a. notitia.

—, 8. Gregorii Nazianz. Sententiarum Spiritualium libelli III. Graece et latine, per Ioan. Lang. Basil.

β) Cum a. notitia.

1561, 8. Gregorii Naz. Sententiarum spiritualium libelli III. Graece et latine. Basil. —— Hae duae priores editiones in catal. bibl. Upsal. T. I. p. 358 indicantur.

1568, 8. Sententiae & regulae vitae, ex Gregorii Nazianzeni scriptis collectae, Graecè; ejusdem iambi aliquot,

Graecè, nunc primum editi studio Ioannis Sambuci. Antuerpiae, Christoph. Plantinus.

1579, 4. Gregorii Nazianzeni Sententiae, Graece. Lutet., ex offic. Fed. Murelli.

1585, 8. Gregorii Nazianzeni Sententiae tetrastichis iambis comprehensae, Graece. Lutet., e Typogr. Steph. Prevosteau.

1636, 8. — sententiae per ordinem Alphabeti. Colon. —— Sic s. v. Gregorius Nazianzenus in Bibl. Barber. T. I. p. 493 citantur.

1656, 8. S. Patris Gregorii Nazianzeni Theologi Sententiae Murales In usum Inventutis scholasticae Graeca discentis seorsim Excusae. Goettingae, Excudit Iustus Nithmann. Anno M. DC. LXVI. —— 20 pp.

7g) Christos patiens.

1542, 8. S. Gregorii Nazanzeni Theologi, tragoedia, Christus patiens, Graece. Romae per Antonium Bladum.

1544, 8. S. Gregorii Nazanzeni, Theologi, tragoedia, Christus patiens, Graece. Lovanii. Rutgerus Rescius.

1544, 8. — Paris., ex officina Christiani Wecheli. M. D. XLIIII.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *Opera omnia.*

1550, f. D. Gregorii Episcopi Nazianzeni Opera quae quidem extant, latine. Basil., apud I. Heruagium.

1569, f. D. Gregorii Nazianzeni opera cum Nicetae Serronii commentariis, quibusdam Pselli enarrationibus, & Nonni opusculo in invectivas adversus Iulianum (*Apostatam*); Omnia nunc primum Latina facta Iacobi Billii Prunaei S. Michaelis in Eremo abbatis diligentia & labore, cum ejusdem brevibus scholiis. Parisiis, apud Ioannem Benenatum. —— Interpres, ut in epistola ad Lectorem profitetur, codice mstu pervetusto usus est; qui, praeter epistulas et versus, omnia Gregorii opera continebat. Tragoediam inscriptam: Christus patiens versibus latinis Cl. Roilletus reddidit; reliqua autem carmina ipse Billius eodem modo et ligata et soluta oratione vertit. Ceterum in alia epistola ad Lectorem (p. 770) Billius de editione poematum Aldina grave iudicium tulit, dicens: „Aldus Manutius, vir de literis & literarum studiosis optime meritus, poetica omnia Nazianzeni opera, excepta tragoedia, ita transtulit, ut singula verba Latina Graecis ex adverso respondeant. Molestum sane negotium, majorisque taedii, quam laboris, & in quo non mirum videri debeat, hominem, qui cum verbis colluctari misere necesse habeat, interdum ambigua vocum significatione falli, praesertim in eo scripti genere, quod allusionibus scatet: ex quarum cognitione vera & germana dictionum significatio percipienda est. Ex quo effectum est, ut nonnunquam etiam significationem pro aliâ acceperit. Ut cum ἐκλίνας vertit, *declinasti*, ἄπτεσθαι *attingit* etc. cùm tamen hic κλίνειν significet *in fugam vertere*, ἄπτεσθαι *accendi* etc. Quarum rerum te, amice lector, admonendum non duxissem, nisi Hervagius hos errores, & praeter hos etiam alios in sua editione retinuisset, imò etiam eos, qui operarum incuria & oscitantia inter excudendum irrepserant (neque enim eos Aldo ductiss. viro asscribere libet nec decet) quales sunt divinis pro diurnis, *inspiratus* pro *insperatus* etc. multique alii ejusdem generis, quos miror ita conniventer ab Hervagio fuisse transmissus.“ Haec, ut illa Maittaire in Annal. typ. T. III. p. 747 refert, recipienda duxi. In epistolis vertendis Billius, destitutus codicibus, usus est editione Basilii M. Frobeniana; sed multa, quae ibi prave leguntur, vertendo correxit. Rep. 1583.

1571, f. Opervm GREGORII NAZIANZENI Tomi tres, Ancti nunc primùm Caesarii, qui frater Nazianzeni fuit, Eliae Cretensis Episcopi, Pselli, & ipsius Gregorii librorum aliquot accessione. Qvorvm editio diuturnis uigilijs, summaq; fide, quà interpretationem, quà ueteres ad libros collationem, elaborata est per Ioannem Levvenklaivm. Nec deinceps aliam exspectari locupletiorem posse, de prooemio Lector intelliget. Additae sunt Annotationes, & Index quum Locorum S. Scripturae obiter explicatorum, tum Rerum & uerborum locupletissimus. — Cum priuilegio Imp. Maiestatis in annos X, & Regis Galliarum in annos IX. BASILEAE, EX OFFICINA HERVAGIANA, per Eusebium Episcopium. MDLXXI. —— 32 *ff.* praefixa, 1170 pp., et 6 *ff.* continentia: Ioannis Levvenklaii annotationes in G. Nazianzeni libros, ab ipso praesertim versos, quibus loca mo-

tilata integritati suae restituuntur, depravata corriguntur, uarietas denique lectionum è uetustis codicibus indicatur. 36 *ff.* indicem continentia. Bibl. acad. Lips.

1583, f. Gregorii Nazianzeni Opera, latine per Iac. Billium. Paris., apud Sebast. Nivellium. —— Haec editio est secunda Billii recognitio. *V.* 1569.

1612, f. Sancti GREGORII NAZIANZENI, cognomento Theologi, opera. Nunc denuò edita, subsidio & liberalitate Reuerendiss. Episcoporum, & Cleri uniuersi Franciae Regni. Iac. Billivs Prvnaevs, S. Michaelis in Eremo Coenobiarcha, cum mss. Regiis contulit, emendauit, interpretatus est, vna cum doctissimis Graecorum Nicetae Serronij, Pselli, Nonij, & Eliae Cretensis commentariis. Aucta est haec editio aliquammultis eiusdem Gregorij Epistolis nunquam antea editis, ex interpretatione Fed. Morelli Professoris & Interpretis Regij. Antverpiae, Apud Ioannem Keerbergium. M. DCXII. —— In hac editione Gregorii carmen de se ipso latine tantum extat. Ceterum nusquam hanc editionem commemoratam inveni. Bibl. sen. Lips.

Bb) *Opera plura.*

1581. 8. Hesiodi Opera et Dies. Graece. Antverp.

1581, 4. Hesiodi Opera et Dies. Graece. Paris., apud Fed. Morellum.

1585, 8. Hesiodi Opera et Dies. Graece et Latine. Lips. —— Rep. 1597.

1590, 8. — cum commentario Steph. Riccii. Witteb. —— *V.* 1580 et 1611.

1590, 12. Hesiodi liber, cui titulus: opera et dies; annotationibus quibusdam doctissimorum virorum praemissis. Lond., excud. Rich. Field.

1592, 8. Hesiodi Opera et Dies; recensuit et commentariis illustravit Io. Spondanus. *Graece et Latine.* Rupellae, Hier. Haultinus. —— 8 *ff.* praefixa, 227 pp. Ex hac magni aestimata editione postea Spondani versionem Lectius in corpus poetarum recepit.

1597, 8. Hesiodi Opera et Dies. Graece et Latine. Lips. —— *V.* 1585.

1611, 8. — cum commentario Steph. Riccii. Lips. —— *V.* 1590.

1618, 8. Gymnasmata versuum graecorum, in quibus continentur: batrachomiomachia Homeri; Hesiodi Opera & dies; Theognidis sententiae, Pythagorae versus aurei, Phocylidis, poëma admonitorium: omnia graece edita in usum scholarum à Casp. Brulovio. Argentorati, Marcus ab Heyden.

1659. 8. *Ἡσιοδου ἠθικα και οἰκονομικα* (*Graece et latine*) expensa expensis I. Cunr. Dieterici. Giessae, Vulpius. MDCLIX. *In fine:* MDCLXIII. —— 910 pp. Non tanti aestimandus est commentarius, quanti Ebert putat; nugae enim non raro tractantur.

1784, 8 et 4. *Ἡσιοδου εργα και ημεραι.* Graece. Recensuit ad codd. mss. fidem et cum notis criticis edidit Rich. Fr. Ph. Brunck. —— In: *Ηθικη ποιησις* sive Gnomicis Poetis graecis. (Argent., bibl. acad.) p. 150 sqq. p. 327 sqq. Hanc novam recensionem ad codicum fidem et de suis aliorumque coniecturis condidit. Rep. 1815 sqq.

1789, 8. Hesiods Tagewerk zum Gebrauch der Schuljugend, mit einem dieser angemessenen Wörterverzeichniss edirt von J. Gf. Haas. Leipz., Schwickert. —— 64 pp. 4 *Gr.*

1790, 8. Hesiodi *ἐργα και ἡμεραι.* Hesiod's Tagewerk mit erklärenden und kritischen Anmerkungen und einem Wortregister von W. Lange. Leipz., Walther.

1792, 8 mai. *ΗΣΙΟΔΟΥ Εργα και Ημεραι.* Hesiods moralische und ökonomische Vorschriften; von L. Wachler. Lemgo, Meyersche Buchh. —— 1 *Th.*

1801, 8. *Ἡσιοδου Εργα και Ἡμεραι.* Hesiodi Opera et Dies. In usum auditorum adiecta lectionum, quae alicuius momenti videbantur, varietate edi curavit Birgerus Thorlacius. Hafn., Schubothe. —— 40 pp. 5 *Gr.* Laudabilis editio.

1808, 4 mai. *Ἡσιοδου του Ασκραιου εργα και ημεραι.* Hesiodi Ascraei opera et dies. — Di Esiodo Ascreo i lavori e le giornate opera con L. codici riscontrata emendata la versione latina aggiuntavi l'italiana in terze rime con annotazioni. Firenze 1808, nella stamperia carli e c°. in borgo ss. apostoli. Con approvazione. —— VIII, 306 pp. et 1 *f.* Quamquam editor Luigi Lanzi ad novam recensionem constituendam quinquaginta codices mstos se adhibuisse iactat, tamen non satisfecit. Bibl. acad. Lips.

1815, 12. *Ἡσιοδου εργα και ημεραι* Graece. —— Cum Poetis graecis gnomicis. (*Curante Gf. H. Schaefero.* Lips., Tauchnitz.) p. 112 sqq. Ex Brunckii editione expressus est liber.

1817, 8. —— In *Brunckii* Poetis graecis gnomicis, iterum edente Gf. H. Schaefero. Lips., Fleischer.

1818, 12 mai. —— *Ib.* Lips., Weigel. In Boissonadii collectione gnomicorum carmen omissum est.

1819, 8. Hesiodi Opera et Dies. E veterum Grammaticorum notationibus et optimis libris Mss. recensuit F. A. Spohn. Editio minor, in usum scholarum et academiarum. Lips., Weidmann. —— 77 pp. 8 *Gr.*, ch. scr. 10 *Gr.*, ch. membr. 12 *Gr.* In hac nova recensione decem priores versus, ut sporii, omissi sunt. Praeterea editor signa grammaticorum veterum adhibuit.

2) Theogonia.

1547, 4. Hesiodi Theogonia et Scutum Herculis. *Graece.* Paris., apud Bogardum.

1552, 4. Hesiodi Theogonia. *Graece.* Lovanii ex officina Servatij Sasseni.

1571, 4. Hesiodi Genealogia deorum. *Graece.* Lutetiae.

1783, 8 mai. Theogonia Hesiodea, textu subinde reficto in usum praelectionum seorsim edita a F. A. Wolf. Halae Sax. apud I. Iac. Gebauer. CIↃIↃCCLXXXIII. —— 166 pp. et 1 *f.* corrigenda et addenda. 15 *Gr.* Huic editiuni adiecta Heynii epistola ad editorem, in qua multa vel ad emendandum vel ad illustrandum carmen prolata sunt. A pag. 160 sqq. Wolfius tabolas genealogicas sive stirpem deorum et heroum secundom Hesiodum adiecit.

1806, 8. Hesiodi Theogonia et Scutum Herculis. Cura Schwerdourp. Hafn., Schubothe. —— 9 *Gr.*

3) Scutum Herculis.

1547, 4. —— *V.* 2).

1553, 4. Hesiodi Scutum Herculis. *Graece.* Louanij excudebat Seruatius Sassenus.

1794, 8. Hesiod's Schild des Herakles, nebst den Schilden des Achilleus und Aeneas von Homer und Virgil. Metrisch verdeutscht, mit dem Original begleitet und erläutert von J. D. Hartmann. Lemgo, Meyersche Buchh. —— 10 *Gr.*

1802, 8. Scutum Herculis. (*Graece*) Cum grammaticorum scholiis graecis. Emendavit et illustravit C. F. Heinrich. Vratislav., Korn. —— 1 *Th.* 8 *Gr.* In hac maxime laudanda editione codex Rhedigeranus adhibitus est. Inprimis prolegomena magni habentur.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *Carmina omnia.*

1785, 4. HESIODI OPERA OMNIA LATINIS VERSIBVS EXPRESSA ATQVE ILLVSTRATA A BERNARDO ZAMAGNA RAGVSINO. EX REGIO PARMENSI TYPOGRAPHIO. ANNO CIↃIↃCCLXXXV. *PRAESIDVM LICENTIA.* —— 1 *f.*, XXXV, 248 pp. Notae textui subiectae sunt.

1797, 4. HESIODI ASCRAEI OPERA OMNIA LATINIS VERSIBVS EXPRESSA ATQVE ILLVSTRATA A BERNARDO ZAMAGNA RAGVSINO. EX REGIO PARMENSI TYPOGRAPHIO. CIↃ.IↃCC.XC.VII. —— 1 *f.* tit., 279 pp.

Bb) *Plura carmina.*

α) Sine a. et l. notitia.

—, 4. Hesiodi Ascraei Poetae, Georgicon, a Nicolao de Valle e Graeco in latinum conversum cum Theogonia a Bon. Mombritio in heroicum carmen traducta. —— Char. rom. nitidis. Sine num. *ff.*

—, 4. Hoc in uolumine haec opuscula continentur. ‖ — Theocriti Bucolica per Phileticum e Graego (?) traducta ‖ Ad Federicum Vrbini ducem. — ‖ Hesiodi Ascraei Georgica per Nicolaum de Valle Pa- ‖ tritium Romanum e Graeco in Latinum conuersa: ad ‖ Pium secundum Pontificem Maximum. ‖ — Hesiodi Theogonia per Boninum Mombritium Me- ‖ diolanensem e Graeco in Latinum cõuersa: ad Borsium ‖ Estensem Ferrariae Marchionem. *Haec f.* 1 *a.* *F.* 1 *a legitur epistola distichis conscripta.* *F.* 2 *a* (*sign.* A ii) *incipit Theocriti versio, quae f.* 22 *a explicit.* *F.* 22 *b carmen legitur.* *F.* 23 *a* (*sign.* a) *incipit Hesiodi versio, quae f.* 56 *b explicit.* —— 56 non num. *ff.* cum sign. et 30 lin. Char. rom. sed crassis. Bibl. acad. Lips.

β) Cum a. et l. notitia.

1471, f. Hesiodi Poete Ἔργα και ἡμέραι. i. opera et dief georgicon Liber Nicolai de Valle e greco cõversio. —— Cum Silio Italico, in cuius calce: Anno Dominiel Natalis MCCCCLXXI. die V. mens. April. Hesiodi versioni praecedit epigram-

ma XVIII versuum ad Pium II, cuius inscriptio est: Pio II. Pont. Max. Niculauſ de Valle. —— Char. rom. 15 ff.

1499, 4. Theocriti Bucolica per Martinum Philetieum. Hesiodi Georgica per Nic. de Valle. Theogonia per Bonin. Mombritium. *In fine:* Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus Anno domini M. CCCC. XCIX. Die XXII. mensis Iulii.

1780, 4. Opera et dies ac scutum Herculis Carmina Hesiodi Ascraei latinis versibus expressa a Bernardo Zamagna ragusino. Mediolani. CI.I.CCLXXX. Typis Imperialis Monasterii s. Ambrosii Majoris. Superiorum permissu. —— 96 pp. Animadversiones textui subiectae leguntur. Errore typ. in Weigelii Adparatu editio a. 1783 indicatur, quo deceptus Schweiger editiones a. 1780 (Eberti error) omnia opera, atque aliam a. 1783 opera et dies ac scutum Herculis complectentem indicat. Haec a me accurate indicata, quam ipse sub manibus habui, unica editio est, quam Zamagna ante a. 1785 edidit.

Cc) *Singula carmina.*

1) Opera et dies.

aa) *Integra.*

1492, 4. Hesiodi Georgica per Nicol. de Valle latine reddita. Daventriae per Iacobum de Breda.

1499, 4. —— *V.* Aesopus. II. A. γ).

1499, 4. — latine per Nicolaum de Valle. Lips.

1502, 4. Hesiodi Poete Georgicorum liber per Nicolaum de Valle conversus e greco in latinum. *In fine:* Liber Georgicorum Hesiodi a Nicolao de Valle translatus fiuit. Impressus liptzk per Iacobum Thanner Herbipolensem Anno a Natali christiano 1502. Die vero 17. mensis Maii. *Infra insigne Thanneri typ.*

1503, 4. Hesiodi Poete Georgicorum liber per Nicolaum de Valle conversus e greco in latinum. *In fine:* Liptz p. Iacobum Thanner Herbip. Anno supra millesimum quingentesimum tertio.

1504, 4. *F.* 1 *a:* Hesiodi Poete Georgicoꝝ li- || ber ꝑ Nicolaū de Ualle con- || uersus e greco in latinū. *In fine f.* 28 *a:* Finit Georgicoꝝ liber Hesiodi Ascrei || poete antiquissimi: e greco in latinū || ꝑ Nicolaū de Valle traductꝰ. Liptzk || ꝑ Iacobū Tanner (?) Herbipolense; im || pressum. Anno 1504 tertio ka || lendas Augustas. —— Char. goth. 28 non num. *ff.* cum *sign.* A iij — K iij, et in versionis textu 17 lin., praeter columnae titulum. Praemissa est: Joannis Honorij Cubitensis Prefatio in librum || Georgicoꝝ; Hesiodi Ascrei, quae incipit *f.* 1 *b*, et explicit *f.* 2 *b*. Bibl. acad. Lips.

1505, 4. Antiquissimi grecorum poetarum Hesiodi Georgicorum liber per Nicolaum de Ualle e greco in latinum conversus. *In fine:* Impressum Cracouie. 1505. per Casparum Hochfelder. —— *V.* 1521 *ib.*

1506, 4. Hesiodi poete Georgicorum liber per Nicolaum de Valle conversus e graeco in latinum: cum prologo Magistri Gregorii Laticephali de Konitz ad Lectorem et Praefatione Joannis Honorii Cubitensis. *In fine:* Finit Georgicorum liber Hesiodi Ascrei poete antiquissimi. Liptzk per Jacobum Thanner anno 1506. Die 29. mensis Maii: impressus. —— Sic *Panzer* in Annal. typ. T. VII. p. 157 no. 189; sed dubito, an titulus accurate sit indicatus.

1507, — 1509, — 1516, 4. — Lips., ex officina Melch. Lottheri.

1512, 4. HESIODI POETE GE- || orgicorum liber per Nicolaum de Valle con || uersus e greco in latinum. || — Magister Gregorius Laticepha- || lus de Konitz Lectori. || — Ex agro celebres vrgentur viuere reges: || Viuit fecundo maximus orbis agro. || *etc. Haec f.* 1 *a. In fine* 26 *a:* Finit georgicoꝝ liber Hesiodi Ascrei poete anti || quissimi. e greco in latinū ꝑ Nicolaū de valle tra || ductꝰ Lyptzck ꝑ Baccalareū (?) Martinū Herbipo- || lensem: Anno dñi. 1512. impressus. —— Char. goth. 26 non num. *ff.* cum *sign.* A iij — E (cum 4 *ff.*) et in versionis textu praeter columnae titulum 19 lin. *F.* 1 *b* — *f.* 2 *b* praemissa est: Joānis Honorij: Cubitēsis || Prefatio in librū Georgicorū Hesiudi Ascrei. Bibl. acad. Lips. Admodum negligenter tituli notitiam Panzer in Annal. typ. T. VII. p. 175 no. 384 exhibet.

1509, 4. Hesiodi opera et dies, latine, Nicolao de Valle interprete. Impressum Liptzk per Jacobum Thanner.

1510, 4. Hesiodi opera et dies, latine, Nicolao de Valle interprete. Coloniae MDX.

1517, 4. Hesiodi Opera et dies, latine, Nicolao de Valle interprete. Lipsiae per Valentinum Schumann 1517.

1518, 4. Hesiodi opera et dies Nicolao Valla interprete. Basileae apud Joannem Frobenium Mense Februario An. M. D. XVIII.

1521, 4. Hesiodi Georgicorum Liber per Nicolaum de Valle conversus e graeco in latinum. Lipsiae ex aedibus Schumann 1521.

1521, 4. — *In fine*: Apud Inclytam Poloniae Cracoviam in Aedibus Ioannis Haller. Mense Iul. M. D. XXI. — *V.* 1505.

1521, 4. Hesiodi Poetae Georgicorum liber: per Nicolaum de Valle conversus e Graeco in latinum. *In fine*: Lypsiae ex officina Jacobi Thanner Anno domini MDXXI.

1550, 4. — latine, interprete Io. Brixio. Lgd.

1568, 8. — latino carmine versus, authore I. Claio. — In eiusdem Carminibus. Gorlicii.

1576, 8. — carmine elegiaco interpretatus est Georgius Rotallerus. Francof.

1771, 8. — versibus reddidit C. A. Wetstenius. — In eiusdem Carminibus.

bb) *Delectus.*

1590, 4. Liber primus Hesiodi ἔργων, carmine heroico interpretatus est Tob. Schemering. Bremae.

2) Theogonia.

aa) *Integra.*

1474, 4. *Praecedit elegia sic inscripta*: Bonnini Mombritii Mediolanensis Praefatio ad Ill. & excellen. d. d. Borsium Ducem Mutinae & Regii Marchionem Estensem Comitemque Rodigii in Hesiodi Ascraei Theogoniam. *In calce*: Ad Decus gloriam Illustrissimi quondam Ducis Borsii: Excellentissimaeque Domus Estensis: Ad Bonnini Mombritii, Hesiodique doctissimorum virorum famam, perpetuamque memoriam: Peregrini Prisciani nobilis Ferrariensis opera: Per Andream Gallum Ferrarie hoc opus impressum est. Anno legis gratiae M. CCCC. LXXIIII. — 24 *ff.* cum 26 lin., sine *sign.*, *cust.* et num. *ff.* Hanc editionem accurate describunt Maittaire in Annal. typ. T. I. p. 394, et Götz in Merkwürdigkeiten der Dresdn. Bibl. T. II. p. 349 no. 476.

bb) *Delectus.*

1501, 4. Laus musarum ex Hesiodi Ascraei Theogonia. Glossemata in carmine Hesiodi. — Cum Coelii Lactantii Firmiani Carmine de anastasi Christi, aliisque opusculis, in quorum fine: Expressum Erphordie per Enricum Sertoriū || Blancopolitanum Anno domini millesimo || quingentesimo primo ad calendas octobres. 14 *ff.*

1555, 8. Hesiodi liber primus Theogoniae, latino carmine redditus a Io. Ursino. Witteb.

B. germanicarum.

Aa) *Carmina omnia.*

1788, 8. Hesiod übersetzt, nebst einer zusammenhängenden Erklärung desselben. — In libro inscr.: Bergiers Ursprung der Götter des Heidenthums, aus dem Französischen übersetzt. Bamberg. *Voll. II.*

1797, 8. Hesiod's Gedichte, übersetzt von Ch. H. Schütze. Nebst Epiblämen. Hamburg u. Kiel. — 302 pp. 1 *Th.* Haec versio non satisfacit, quamquam in ea multa laudanda insunt. Acriter vituperabatur in ephem. litt. univ. 1798. IV. p. 275 sqq., et in Neue allg. deut. Bibl. Vol. XXXIV. P. I. p. 193 sqq. Postea, circiter a. 1818 *Leipz.*, *Hinrichs*, titulus mutatus est.

1806, 8. Hesiod's Werke und Orfeus der Argonaut, übersetzt von I. H. Voss. Heidelb., Mohr. — 1 *Th.*, ch. mel. 1 *Th.* 16 *Gr.*, ch. holl. 2 *Th.* Haec versio furtim Viennae a. 1807, 8, adiectis figuris aeri incisis, expressa est. 16 *Gr.*

1827, 16. Des Hesiodus von Askra Werke. Uebersetzt und mit einer Biographie des Dichters, Einleitung und kurzen Anmerkk. versehen von A. W. R. Naumann. Prenzlau, Ragoczy. — 6 *Gr.*

Bb) *Singula carmina.*

1) Opera et dies.

aa) *Integrum carmen.*

1568, 8. Hesiodus ins Deutsche übersetzt von Joh. Claius, dem Aelteren. — In eiusdem Carminibus. Gorlitzli. Efficit librum IV.

bb) *Delectus.*

1717, 12. Aus Hesiods Werken und Tagen von v. 108—199, übersetzt von Georg Rollenhagen. — In eiusdem: Wahrhaften Lügen. Frankf. u. Leipz.

1745, 8. Die Schöpfung der Pandora, übers. von J. Ch. Bröstedt. —— In eiusdem versione: Oden des Horaz. Lüneburg. Adiecta est versio odae III.

1795, 12. Hesiods Haustafel, übersetzt von J. H. Voss. —— In eiusdem: Musen-Almanach. Hamb.

2) Theogonia.

1789, 12. Aus Hesiods Theogonie, übersetzt von J. H. Voss. —— In eiusdem: Museo-Almanach. Hamb.

3) Scutum Herculis.

1790, 12. Aus Hesiods Schild des Herkules, übersetzt von J. H. Voss. —— In eiusdem: Museo-Almanach. Hamb.

C. gallicarum.

Aa) *Carmina omnia.*

1586 (*al.* 1659), 12. Hesiode, traduit par *le Gras.* Paris. —— Nihil certius de hac versione comperire potui.

1767, — 1776, 12. L'Origine des Dieux du Paganisme et le sens des fables decouvert par une explication suivie des poesies d'Hesiode par *M.* Bergier. Paris. *Voll. IV.*

1785, 8. Les oeuvres d'Hésiode, traduction nouvelle enrichie de notes et du combat d'Homère et d'Hésiode, opuscule grec qui n'avoit pas encore été traduit en notre langue, par P. L. C. Gin. Paris. —— 3 *fr.* 60 *cent.*

1796, 18. Oeuvres d'Hésiode, Traduction nouvelle par L. Coupé. Paris, Honnert.

Bb) *Carmina singula.*

1547, 8. Les oeuvres et les jours d'Hesiode, trad. par Rich. le Blanc. Lyon, de Tournes.

1571, 8. Les trois livres d'Hésiode, appellez les oeuvres & les jours; traduits en vers françois par Lamb. Daneau. Imprimez chez Ant. Chuppin.

1574, 4. — par Jean Antoine Baif. Paris. —— Cum Pythagorae aureis carminibus atiisque.

1586, 12. Les besognes et les jours d'Hésiode, mis en franç. par Jac. Legras. Paris, Prevosteau.

D. italicarum.

Aa) *Carmina omnia.*

1797, 4. ESIODO ASCREO TRASPORTATO IN VERSI ITALIANI DA GIUSEPPE MA. PAGNINI CARMELITANO. DALLA REALE TIPOGRAFIA PARMENSE MDCCXCVII. —— 104 pp. Editio nitidissima.

1805, 8. Le opere di Esiodo, trad. in versi italiani da Francesco Soave. Pavia.

1826, 8. Opere di Esiodo, tradotte in versi italiani da Francesco Soave. Roma, 1826, 8.

1831, 8. Poemi di Esiodo Ascreo recati in italiano (*dal M. L.*) Parma, dalla stamperia Carmignani. —— Haec editio versionem, quam edidit Pagoini a. 1797, continet. Conf. Biblioteca ital. 1832 m. Ian. (no. CXCIII.) Append. P. II. p. 103 sqq.

Bb) *Carmina singula.*

1) Opera et dies.

1765, 4. I lavori e le giornate di Esiodo. Traduzione di Paolo Brazuolo Milizia di Pietro. Padova, per li Conzatti.

1791, 8 mai. I lavori ed i giorni di Esiodo, ed altre versioni dal Greco, da Gi. Arrivabene, con annotazioni. Mantova, Braglia. —— 183 pp. Etiam duo idyllia Bionis et Moschi versa adsunt. Conf. Giorn. de Lett. LXXXIII. I. p. 286 sqq., ubi versio laudatur.

2) Theogonia.

1787, 8. La Theogonia ovvero la Generazione degli Dei d'Esiodo Ascreo, tradotta in verso italiano dal Conte Gianrinaldo Carli Giustinopolitano con annotazioni e tre lettere critiche. —— In eiusdem: Opere. (Milano.) T. XV. Haec versio iam ante a. 1744 cum textu graeco prodiit.

E. anglicarum.

Aa) *Carmina omnia.*

1728, 4. — 1740, — 1743, 12. The Works of Hesiod translated from the Greek (*into English verse; with Notes explanatory, critical and philosophical by Theobald and the Earl of Pembroke. To which is prefixed the Life of Hesiod.*); by Mr. T(*homas*) Cooke. Loud., printed by Nic. Blandford for T. Green. *Voll. II.*

—— 11 sh. Haec versio in Anglia magni habetur. Editio a. 1738, 8, quam Ebert eumque secutus Schweiger indicant, non extat. Repetita est versio in: Anderson's and Chalmers Collection of the Poets.

1810 (*non* 1812), 8. The Romains of Hesiod the Ascraean, translated from the Greek, into English Verse; with a Preliminary Dissertation and Notes, by C. A. Elton. London. —— 6 sh. Versio valde laudatur. Conf. Edinborgh Review. Vol. XV. (1810) p. 109—118.

Bb) *Carmina singula.*

1) Opera et dies.

1618, 4. The Georgicks of Hesiod, by George Chapman; translated elaborately out of the Greek. Loudon, Miles Partrich. —— 48 pp. Haec rarissima versio aliquando pretio 12 *L.* 12 *sh.* emebatur.

2) Theogonia.

1750, 8. The Battle of the Gods and Titans: from the Theogony of Hesiod; with a Description of Tartarus, translated into English Verse. To which is prefixed an Explication of the Battle between the Gods and Giants. By W. Broome. —— In eiusdem: Poems on several Occasions. The second edition. (Lond.) p. 215—233.

F. danicarum.

1670, 8. Hesiodus i Riim oversät af H. Th. Gerner. Kiöbenh.

G. polonicarum.

1790, 8. Hesyoda Askreyczyka Dziela dochowane wsystkie, to iest: I. Teogonia; II. Tarcza Herkulesa; III. Raboty i Dnie, z Greckiego Przekladauia Hyac. Preczybylskiego. w Krakowie, Grebel. —— 122 pp. 12 *Gr.* Conf. ephem. litt. univ. 1793. I. p. 147 sqq.

III. *Illustrantia Hesiodum scripta.*

Homeri & Hesiodi Certamen, nunc primum luce donatum; Matronis & aliorum parodiae ex Homeri versibus consutae; Homericorum heroum epitaphia, cum duplici interpretatione Latina. Excudebat Henr. Stephanus. MDLXXIII. 8.

Index Hesiodeus. (*Auctore Vinc. Cala Osorio de Figueroa.*) Neapoli, impr. Ursinus. 1791. —— X, 111 pp. Ad Hesiodi editionem a. 1737 publicatam index adornatus est. Etiam lectiones variae e codice msto depromptae adiectae sunt.

( ) Life and Writings of Hesiod. —— In: The Quarterly Review. no. XCIII. (1832) p. 1—39.

( ) Remarks on the Theogony of Hesiod in the Letters concerning Mythology; by the Author of the Enquiry into Homer. Lond., 1748, 8.

( ) Observationes in Hesiodum. —— In Miscellaneis Observationibus. Vol. II. T. III. p. 314 sqq. Vol. III. T. I. p. 71 sqq.

( ) Remarques critiques sur quelques Endroits d'Hesiode, de Sappho, de Lycophron, et de Libanius. —— In: Histoire crit. de la Republ. des Lettres. T. XIV. p. 42—255.

( ) Examen critique d'un endroit des fragments d'Hesiode au sujet de Byblos. —— *Ib.* T. XXV. p. 288 sqq.

( ) De Hesiodeis locis nonnullis. —— In Diario class. no. LXXV. p. 112 sqq.

T. V. Some observations on Hesiod and Homer and the shield's of Hercules and Achilles. —— *V.* Essays by a Soc. of Gentleman at Exeter. p. 431 sqq.

Rob. *Alves*: Remarks on Hesiod. —— In eiusdem: Sketches of a History of Literature. Edin., 1795, 8.

Chph. *Arzberger*: Adumbratio doctrinae Hesiodi de origine rerum deorumque natura. Erlang., 1794, 8. —— 66 pp.

Adrien *Baillet*: Sur la vie d'Hesiode. —— *V.* eius: Iugemens des Savans sur les principaux Ouvrages des Auteurs, revûs par de la Monnoye. (Amst.) 1725, 4. T. III. p. 98 sqq.

Lamb. *Barlaei* Commentarius luculentus in Hesiodi Theogoniam. LB., apud Elzevirios.

de la Barre: Sur la Théogonie d'Hesiode. —— In Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XVI. p. 1 sqq. XVIII. p. 1 sqq., et germanice in: Abhandll. u. Auszüge der Künigl. Acad. der Inschriften. Das griech. Alterth. Vol. I. p. 177 sqq.

I. Ph. *Bauermeister*: Observationum in Hesiodi Carmina Spec. I. Gotting., Brose. 1815, 4 mai. —— 3 *Gr.*

Zach. *Bogan*: Hesiodus Ὁμηρίζων. —— Subiunctus est eiusdem Homero Hebraizanti. Oxon., 1658, 8. *V.* Homerus. III.

Lamb. *Bos:* Hesiodus illustratur et emendatur. —— *V.* eius Observationes crit. p. 111 sqq.

Ph. *Buttmann:* Lexiologus. —— *V.* Homerus. III.

Gu. de la Boissiere *de Chambort:* Explication de quelques passages d'anciens auteurs. Art. 1. Sur le commencement du poeme d'Hesiode que l'on appelle le bouclier d'Hercule. —— *Ib.* T. IX. Hist. p. 28 sqq., ed. 8. T. V. Hist. p. 42 sqq.

Anne Ph. Cl. de Tubieres Comte *de Caylus:* Des boucliers d'Achille, d'Hercule et d'Enée suivant les descriptions d'Homere, d'Hesiode et de Virgile. —— In Mem. de l'Acad. des Inscr. T. XXVII. Hist. p. 21 sqq.

G. *Costard:* A Letter concerning the ages of Homer and Hesiod. —— In Philosophical Transactions. Vol. XLVIII. P. II. p. 441—484.

G. H. *Creuzer* u. Gf. *Hermann:* Briefe über Homer und Hesiod, besonders über die Theogonie. Heidelb., Oswald. 1817, 8. —— 1 *Th.* 4 *Gr.*

C. G. *Eisner:* Die Theogonie des Hesiodus, als Vorweihe in die wahre Erkenntniss der ältesten Urkunden des menschlichen Geschlechts. Leipz., Hartmann (*nunc* Lehnhold.) 1823, 8 mai. —— 14 *Gr.* Haec scriptio valde et iure meritoque vituperata est.

John *Flaxman:* The Theogony. Works and the Days of Hesiod, engraved from the Compositions of John Flaxman (; *by J. Blake.*) Lond. (1817) f. —— 37 tabulae. 2 *L.* 12 *sh.* 6 *d.*

Foucher: Sur la theologie d'Hesiode. —— In Mém. de l'Acad. des Inscr. T. XXXV. p. 4 sqq.

Fourmont: Sur la theogonie d'Hesiode. —— In eiusdem: Reflexions sur l'Origine, l'histoire et la succession des anciens peuples. Edit. II. (Paris, 1747, 4) T. I. pluribus locis.

C. R. *Gosselin:* La théogonie d'Hésiode expliquee par la Genèse. —— *V.* L'Antiquité dévoilée. Paris, Egeron. 1817, 8.

Jac. *Hase:* Dissertatio in fragmentum Hesiodi a Fulgentio lib. III. Mytholog. cap. I. relictum. —— *V.* Histoire crit. de la Repobl. des Lettres. T. X. p. 196 sqq.

N. G. *Hanck:* Quaestiones Hesiodeae. LB., 1821, 4.

C. F. *Heinrich:* Ueber ein hesiodisches Bruchstück; den Schild des Hercules; ein krit. Sendschreiben an Manso. —— In Neue Bibl. d. schön. Wissensch. Vol. LVI. P. II. p. 195—225.

— —: Ueber den Wettstreit des Homer und Hesiod und die gemuthmassten Sängerschulen in Griechenland. —— *V.* eiusdem Epimenides. (Leipz., Dyk. 1801, 8 mai.) p. 139—162.

Gf. *Hermann:* —— *V.* supra *Creuzer.*

— —: Ueber Hesiod's Zeitalter. —— *V.* Wiener Jahrbb. Vol. LIV. p. 231. Hic Hermannus novam de hac re sententiam protulit, quam ego retuli in: Zugaben zu *F. A. Wolf's* Vorlesungen, p. 259 sq.

C. Ch. *Heyler:* Ueber Hesiod's Schild des Herkules. Grünstadt und Worms. 1787, 8.

Ch. Glo. *Heyne:* De Theogonia ab Hesiodo condita ad Herodoti Lib. II. cap. 52. —— In Commentatt. soc. Gotting. Vol. II. P. III. p. 125 sqq.

John *Jackson:* Concerning the Age of Homer and of Hesiod. —— *V.* eius: Chronological Antiquities.

F. *Jacobs:* Ueber einen Mythus des Hesiodus. —— In Bibl. d. alt. Lit. u. K. P. X. p. 48—56.

John *Jortin:* Critical Remarks on Hesiod. —— *V.* eius: Tracts philological, critical, and miscellaneous. (Lond., 1790, 8) Vol. II. p. 64 sqq.

Meyer *Isler:* Quaestionum Hesiodiarum Spec. Dissert. inaug. philologica. Berol., typis I. F. Starckii. MDCCCXXX, 8. —— IV, 52 pp. In huius scriptionis parte I. de dialecto librorum Hesiodi; II. de necessitudine, quae inter Homerum et Hesiodum intercedit; III. de Theogonia in universum; de versibus spuriis in Theogonia agitur. Deinde adiectus est Excursus, in quo veterum poetarum epicorum loci etymologici colliguntur.

F. A. *Knittel:* Epistola ad G—m de georgicis ascraeis, quae *ἐργα και ἡμεραι* inscribuntur. Brunsvig., 1754, 4.

I. B. *Köhler*i de Hesiodi nova editione adornanda consilium. Kil., 1766, 8.

Lami: Sull' Esiodo. —— *V.* eiusdem: Le delizie dei Dotti e degli Eruditi. Art. I. uo. II. p. 10 sqq.

C. *Lehmann:* De Hesiodi carminibus perditis. P. I. Diss. inaug. Berol., typis Trowitzschii et filii. 1828, 8. —— 75 pp.

Pierre Ch. *Levesque:* Mémoire sur Hesiode. —— In Mém. de l'Instit. Nat. des Sc. et Arts. Sc. Mor. et Polit. T. II. Mem. p. 1 sqq.

(*Mitscherlich:*) Observationes in Hesiodi Opera et Dies. Götting., 1824, f. — Efficiunt acad. progr.

— —: De nonnullis Hesiodi locis. — In *Seebodii* Archiv. 1829. no. 25.

Iac. *Morelli*: Notitia codicum Mss. Venetorum Hesiodi, in qua Trincavellianae editionis fontes ostenduntur. — V. *F. A. Wolfii* Litterar. Analekten. T. II. p. 263—289.

G. W. *Müller*: Scriptio I. de variis rebus grammaticis. — Scriptio II. de variis rebus grammaticis maxime ex Hesiodi Opp. et DD. *Progrr.* Witteb., impr. Rübener. 1822. 1823, 8. — 48 et 68 pp.

Munter: De Hesiodo. Gotting., 1753, 4.

C. F. *Munthe*: Observationes in Hesiodi ἔργα. Partt. II. Havn., 1757—1760, 8.

A. F. *Naeke*: Tzetzae locus ad Hesiodum (Scut. Herc. 387) restituitur. — In Jahrbuch der Preuss. Rhein-Univ. zu Bonn. Vol. I. fasc. IV. p. 390 sqq. *V.* Callimachus III.

H. Gabr. *Porthan*: Dissertatio sistens cogitationes quasdam de Pandora Hesiodea. Alesae, 1795, 4. — 24 pp.

I. *Posselii* Tabulae inventionis et dispositionis in Hesiodi opera et dies. Lips., 1603. 1615, 8. — Saepe recusae sunt.

Steph. *Riccii* Commentarius in Hesiodum. Lips., 1580. 1611, 8.

G. H. *Richtsteig*: De nostrae aetatis indole *etc.* Accedit excursus de aratro Hesiodeo et Virgiliano. Vratislav., 1821, 8. — Cum figg. 12 *Gr.*

Dav. *Ruhnken*: De Hesiodo, ex eiusdem epistola critica I. — In eiusdem Opusculis varii argumenti. Edit. alt. (LB., 1823, 8) p. 677 sqq.

— —: De Hesiodi Fragmentis, ex eadem epistola. — *Ib.* p. 579 sqq.

I. Conr. *Schaubach*: Progr. ad Hesiodi Opera et Dies I. 381—385. Meining., 1794, 4.

F. *Schlichtegroll*: Ueber den Schild des Hercules nach dem Hesiodus. Ein antiquarischer Versuch. Gotha, Ettinger. 1788, 8. — 148 pp. 10 *Gr.* Laudabilis disquisitio. Conf. gravem censuram in Neue Bibl. d. schön. Wissensch. Vol. XXVIII. P. II. p. 273—285, ubi censor versus 267—269, 151—153, 296—300 spurios, et versus 258—263 interpolatos esse iudicat.

(G. *Schubarth*:) Variae lectiones in Hesiodi Opera et Dies. — In *Villoisoni* Epistolis Vinariens. (1782, 8) p. 60—62.

Fr. *Sevin*: Coniectures sur quelques endroits de divers auteurs grecs (*Hesiod. Theog.* 328). — In Mém. de l'Acad. des Inscr. T. V. Hist. p. 153 sqq., ed. 8. T. III. Hist. p. 226 sqq., et in *Gottschedii* versione memorabilium germ. T. III. p. 286 sqq. et T. XI. p. 48 sqq.

— —: Correction sur un endroit d'Hesiode. — *Ib.* T. III. Hist. p. 130 sqq., ed. 8. T. II. Hist. p. 260 sqq., et in *Gottschedii* vers. T. II. p. 159 sqq. XI. p. 29 sqq.

F. K. L. *Sickler*: Kadmus *etc.* Abthl. I. Erklärung der Theogonie des Hesiodus. Hildburgh., Kesselring. 1818, 4. — 1 *Th.*

F. *Thiersch*: Ueber die Gedichte des Hesiodus, ihren Ursprung und Zusammenhang mit denen des Homer. München, 1813, 4. — Cf. Acta Philol. Monac. T. III. fasc. III. p. 389 sqq.

A. *Twesteni* Commentatio critica de Hesiodi carmine, quod inscribitur Opera et Dies, scripta ad impetrandos ab ampliss. ordine philos. Kiliensi summos in philosophia honores Kil., 1815, 8. — 74 pp. 12 *Gr.* Ex scriptoris sententia carmen constat duabus partibus epicis, quae fabulam de Prometheo v. 42—105, fabulamque de vitae humanae et fortunae corruptela v. 108—203 continent; deinde tribus partibus didacticis, quae cum illis prorsus non cohaerent, et quarum prima v. 10—41, 202—326 est paraenesis ad iustitiam diligentiamque exercendam, in seconda vero v. 383—693 de vitae subsidiis, agricultura et navigatione, atque in tertia v. 724—828 de bonis et malis diebus agitur. Duo alia carmina sunt v. 327—382, 694—723 et 724—764. Reliqua aut ab aliena manu aliqua aut ab rhapsodis inserta sunt. Conf. ephem. litt. Ienens. 1815. no. 219. p. 404 sqq.

Ed. *Platner*: Notiones iuris et iustitiae ex Homeri et Hesiodi carminibus explicitae. Marburgi, sumt. Kriegeri. 1819, 8. — XVI, 158 pp. 1 *Th.* 16 *Gr.* De Hesiodo a pag. 145—158 agitur.

L. *Wachler*: Ueber Hesiodus Vorstellungen von den Göttern der Welt, den Menschen und den menschlichen Pflichten. Rinteln, 1789, 4.

— —: Anmerkungen und Wortregister zu Hesiods moralischen und ökonomischen Vorschriften. Lemgo, Meyer. 1792, 8. — 12 *Gr.*

Olai *Wormii* Quaestionum Hesiodearum libri IV. Havn., 1616, 4.

I. I. *Zimmermanni* dissertatio de religione Hesiodi. — In Museo Helvet. T. VII. p. 359 sqq.

HESYCHIUS Milesius.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 542 sqq.; *ed. n.* T. VI. p. 201 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Integrum opus.*

α) *Sine a. et l. notitia.*

—, f. HESYCHII Dictionarium locupletissimum ea fide ac diligentia excusum, ut hoc uno ad veterum autorum fere omnium ac poetarum in primis lectionem iusti commentarii vice uti quivis possit, et plane nihil sit, quod ad rectam interpretationem desiderari hic queat. —— 1 *f.*, et 776 pp. Titulus novus editionis Haganensis, itaque typis recusa sunt immutate *f.* 1 et 8, et *f.* ult. omissum est.

β) *Cum a. et l. notitia.*

1514, f. *'ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ.* || HESYCHII DICTIONARIVM. *Infra Aldi insigne typ. iuxta:* ALDVS || M. R. *Haec f.* 1 *a.* *In fine f.* 195 *a:* a b c d e f g h i k || l m n o p q r ſ t u || x y z A B. || — Quaterniones omnes || praeter ultimum ternionem. || — Venetiis in Aedibus Aldi || & Andreae Soceri Mense || Augusto. M.D.XIIII. *In pag. versa f. ultimi insigne Aldi typ., idem quod in titulo est.* —— 196 non num. *ff.* Editio princeps, facta a codice msto unico, qui Venetiis bibl. St. Marci adservatur. Sed Musurus editor textum temere interpolavit, et editio ipsa vitiis typographicis laborat. Alius secuii XII. codex mstus in bibl. Florent. Medicea adservatus fuisse dicitur in Allgem. litter. Anzeig. 1796. p. 292 sq. Bibl. acad. Lips.

1520, f. *ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ.* HESYCHII DICTIONARIUM. *In calce:* Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini. M.D.XX. quinto Idus Augusti, Leone X. Pont. Max. —— 155 num. *ff.*, et 1 *f.* cum lilia, insigne Iuntarum typ. Haec Aldinae editionis repetitionem, quae negligenter facta est, ut viderem mihi non contigit.

1521, f. *ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ.* HESYCHII DICTIONARIVM. *In fine f. ult.:* Hagenoae, in aedibus Thomae Anshelmi Badensis. Anno Salutis M.D.XXI. Mense Decembri. —— 1 *f.*, et 776 pp., et 1 *f.* cum insigne typ. Aldinae editionis emendata repetitio.

1668, 4. *ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ.* Cum Variis Doctorum virorum Notis vel editis antehac vel ineditis, Julii Scaligeri, Salmasii, Palmerii, Guieti, Sopingii, Coccejii, Gronovii, Tanaq. Fabri, &c. Accurante Cornelio Schrevelio. Accessit Ioh. Pricaei Index Auctorum, qui ab Hesychio laudantur. Lugd. Batav. et Roterod. Ex Officina Hackiana. Ao. 1668. —— 5 *ff.* praefixa, 1003 pp. Est Aldinae editionis repetitio. Bibl. acad. et sen. Lips.

1746 — 1766, f. *'ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ.* HESYCHII LEXICON, cum Notis doctorum Virorum integris, vel editis antehac, nunc auctis et emendatis, Hadr. Iunii, Henr. Stephani, Ios. Scaligeri, Claud. Salmasii, Iac. Palmerii, Franc. Guieti, Godefr. Sopingii, Ioh. Tungeri, Ioh. Coccejii, Ioh. Fred. Gronovii, Ioh. Casp. Suiceri, Tanaqv. Fabri, Corn. Schrevelii, Ed. Bernardi, etc. vel ineditis, Henr. Valesii, Dan. Heinsii, Phil. Iac. Maussaci, Tho. Brunonis, Is. Vossii, Ioh. Viti Pergeri, Tho. Munckeri, Marci Meibomii, Ioh. Verrorii etc. in primis Ludolphi Kusteri, Tiber. Hemsterhusii, Ioh. Chr. Biel, etc. praeter Selectas Ioh. Iensii, Dan. Wilh. Trilleri, Geo. d'Arnaud, Frid. Lud. Abresch, etc. Ex Autographis partim recensuit, partim nunc primum edidit, suasque Animadversiones perpetuas adiecit Ioh. Alberti, cum Eiusdem Prolegomenis et adparatu Hesychiano. Lugd. Bat., ap. Sam. Luchtmans. *Tomi II.* —— Omnium praestantissima editio. Sed dolendum est, Albertium in usum suum convertere non potuisse Ricardi Bentleii Schedas relictas, quae magni aestimandae esse dicuntur. Ceterum Albertius, morte abreptus, editionem absolvere non potuit, quod Ruhnkenius fecit.

Bb) *Delectus.*

1785, 8. Glossae sacrae HESYCHII, graece. Ex universo illius opere in usum interpretationis libr. sacr. excerpsit, emendavit, notisque illustravit Io. Chr. Gottl. Ernesti. Accesserunt praeter dissertationem de glossis sacris Hesych. glossae gr. in psalmos ex catal. mstorum bibl. taurinens. denuo editae. Lips., apud Weidmanni hered. et Reichium. MDCCLXXXV. —— XXXII, 306 pp. et 11 *ff.* 1 *Th.* 12 *Gr.*

1792, 8. Hesychii Lexicon ex codice ms. bibliothecae D. Marci restitutum et ab omnibus Musuri correctionibus repurgatum sive supplementa ad editionem Hesychii Albertinam. Auctore N. Schow. Lips., in officina Weidmannia. MDCCXCII.

—— XX, 803 pp. 2 *Th.* 12 *Gr.*, cb. scr. 3 *Th.* 12 *Gr.* Illos locus Schow e codice msto exhibet, quos Marcus Musurus mutarit, utrumque e regione posuit.

II. *Illustrantia Hesychium scripta.*

( ) Animadversiones ad Hesychium. —— In Miscellaneis Observationibus. Vol. II. T. I. p. 14 sqq. Vol. III. T. III. p. 325 sqq.

F. L. *Abresch*: Animadversiones ad Hesychii quaedam loca. —— In Miscellaneis Observat. Vol. V. T. I. p. 81 sqq. T. III. p. 79 sqq. Vol. VI. T. I. p. 269 sqq. T. II. p. 397 sqq. Vol. VII. T. II. p. 293 sqq. Vol. X. T. I. p. 1 sqq. 55 sqq., et in Miscellaneis Observatt. noris. T. I. p. 63 sqq.

I. *Alberti* Observationum criticarum in Hesychium Specimen. —— In Bibl. Bremensi, Class. VIII. fasc. I. p. 149 sqq.

—— ——: Periculum criticum. In quo loca quaedam cum Veteris ac Novi Foederis, Tum Hesychii & Aliorum, illustrantur, vindicantur, emendantur. Lugduni Bat., Apud Joh. Arn. Laugerak, MDCCXXVII. 8. —— 15 *ff.*, 106 pp. et 3 *ff.*, quae indicem capitom et catalogum librarii continent.

—— ——: Miscellanea critica in glossas nomicas, Suidam et Hesychium. —— *V.* eius Glossarium Graecum in Sacros Novi Foederis libros. (Lugd. Bat., Apud Sam. Luchtmans. 1735, 8) p. 295—321.

Georgii *d'Arnaud* Lectionum liber ad Hesychium. —— *V.* eiusdem Lectionum graec. libros II. (Hagae Comit., 1730, 8) p. 1—134.

Gratiani *de S. Bavone* Observatio in Hesychium. —— In Miscellaneis Observatt. Vol. I. T. III. p. 421—425. Vol. III. T. III. p. 445—452. Vol. IV. T. I. p. 91—102. T. III. p. 457 sqq.

E. H. *Barker*: Hesychius vindicated. —— In Diario class. no. XL p. 190. LXVIII. p. 249 sqq.

—— ——: Epistola ad G. H. Schaeferum de quibusdam Hesychii et Etymologici M. Glossis. —— *Ib.* no XXIV. p. 393—410.

Rich. *Bentleius*: Emendatur Hesychius. —— In eiusdem Epistola ad I. Millium, praefixa Ioannis Malalae Historiae Chronicae. Oxon., 1691, 8.

I. Ch. *Biel*: Specimen Hesychii Sacri. 17..? —— Ernesti in praefat. ad glossas Hesychii sacras p. VIII. dicit, scriptionem hanc, octo paginas continentem, ut videret sibi nunquam contigisse; etiam mihi non contigit.

Lamb. *Bos*: Animadversiones ad Hesychium. —— *V.* eius Animadversiones in Scriptores graecos. (Franek., 1715, 8) p. 123—138.

Pet. Pauli *Dobree* Notae in Hesychium. —— *V.* eius Adversaria. (Cantabr., 1831, 8) p. 580 sqq.

I. A. *Ernesti*: De Glossariorum graecorum vera indole et recto usu in interpretatione disputatiuncula. Lips. 1742, 4. —— Rep. in eiusdem Opusculis varii argumenti. (Lips., 1794, 8) p. 61—93, et Tomo VI. Temp. Helvet. et in Alberti editione Hesychii T. I.

I. Ch. Gli. *Ernesti*: De glossis sacris Hesychii dissertatiuncula. Lips., 1782, 4. —— 26 pp. Rep. in eiusdem epitome Hesychii glossarum sac. p. XVIII sqq.

Gf. *Faehse*: Observationes criticae in Hesychii lexicon. —— Cum eiusdem observationibus critt. in Plutarchi opera. (Lips., 1820, 8) p. 43 sq.

Isebr. Eil. *Harkenroth*ii Sicilimentorum ex Hesychii glossis Manipulus primus. —— In Miscellaneis observatt. Vol. X. T. II. p. 311 sqq. T. III. p. 321—335.

I. *Iensii* Lucubrationes Hesychianae. Observata de stylo Homeri. Vetera epigrammata graeca anecdotis prodeuntia. Roterod., Typis Iani Dan. Beman. 1742, 8 mai. —— Conf. Nova Acta Eruditor. 1745. m. Iao. p. 16 sqq.

Ménage: Corrections d'Hesyche. —— In eiusdem Observations sur Malherbe. (1666) p. 396.

I. Viti *Pergeri*, Q. Septim. Flor. *Christiani*, Casp. *Barlaei*, et Ed. *Bernardi* Notae et Emendationes in Hesychii Lexicon ineditae. —— In *I. Chph. Wolfii* Anecdotis. T. IV. p. 172.

C. Ferd. *Ranke*: De lexici Hesychiani vera origine et genuina forma commentatio. Lips. et Quedlinb., sumptibus librariae Bekerianae. 1831, 8. —— 145 pp. In hac scriptione p. 1—7 de historia Lexicographorum critica neglecta agitur; cap. I. p. 8—21 criticorum de lexico Hesychiano opiniones potissimae recensentur; cap. II. p. 22—28 Hesychii ad Eulogium epistola, graece cum notis criticis; cap. III. p. 29—33 iudicium de epistolae scripture ex eius scribendi genere adumbratum exhibetur. Cap. IV. de Diogeniano lexicographo agitur, et quidem §. 1. p. 34—50 disputatur de eo, quod Diogeniani lexicon insit in Hesychiano; §. 2. p. 51—67 de Diogeniani nomine, aetate et scriptis; §. 3. p. 67—71 de Diogeniani lexico. Cap. V. §. 1. p. 72—79 disputat Ranke

de Pamphili glossis a Diogeniano excerptis, et §. 2—4. p. 103—119 de Athenaei fontibus: et quomodo iis usus sit; §. 5. p. 120 — 127 revertens ad Pamphilum agit de iis grammaticis regulis, quae in Scholiasta Ven. quidem Homeri et Etymologico M., sed non in Hesychii lexico commemorantur, §. 6. p. 128—131 de Diogeniani epitome, et Scholiast. ad Hom. Iliad. r. v. 576 explicat. §. 7. p. 131—133 exponitur causa, ex qua Photius et Hesychius Pamphilum non commemorent. §. 8. p. 133 — 136 Diogenianum Apollonii lexico Homerico et Didymi lexico usum esse probatur. Cap. VI. p. 137—142 de Hesychio lexicographo lexicique eius hodierna forma disputat Ranke. P. 143—145 addenda et 1 pag. corrigenda exhibentur.

Dav. *Ruhnkenii* Praefatio ex Editione Hesychii Albertini Vol. II. —— Rep. in eiusdem Opusculis varii argomenti. edit. alt. (LB., 1823, 8) p. 186 sqq.

——: Disputatio de festis Dionysiorum apud Atticos (ex Auctario emendationum ad Hesychium). —— *Ib.* p. 220 sqq.

I. F. *Schleusner*: —— *V.* Suidas.

Nic. *Schow*: Epistolae criticae, quarum una scripta est ad Ch. Glo. Heynium; altera ad Th. Ch. Tychsenium. Rom., 1790, 4. —— In priore epistola Schow descripsit codicem mstum lexici Hesychiani atque mutationes et interpolationes Musuri; deinde p. 13—29 specimina ex littera A, et p. 30—47 partem litterae K secundum codicis lectionem et editionis Albertinae dedit.

I. Sal. *Semleri* notitia splendidissimae lexici Hesychiani editionis, quae inter Batavos prodire coepit, et specimen animadversionum. Hal., 1749, 8.

I. *Taylor*: Indicantur duo fontes mendarum, quibus scatet Glossarium Hesychianum, et emendatur multis locis. —— *V.* eius Lectiones Lysiacas, praefixas eiusdem editioni Lysiae.

I. *Toup*: Emendationes in Hesychium. —— *V.* eius Emendationes in Suidam.

D. W. *Triller*: Hesychianarum emendationum Spec. novum. Francof., 1742, 8.

L. Casp. *Valckenaer*: Glossae sacrae ex Hesychio. Commentationes III. Franeq., 1737, 4. —— Rep. in eiusdem Opusculis philol., crit., oratoriis. (Lips., G. Fleischer. 1808, 8) T. I. p. 173—202.

——: Observationes ad aliquot Hesychii λέξεις Ὁμηρικάς. —— In Miscellaneis Observatt. T. VIII. P. I. p. 148 sqq., et rep. in eiusdem Opusculis philol., crit. oratoriis. T. I. p. 203—234.

de Villoison: Collatio Editionis Aldinae Hesychii cum apographo Bardelloniani codicis, ex quo ea editio derivata est. —— *V.* eius Anecdota. T. II. p. 256 sqq. De mutationibus et interpolationibus Musuri agit de Villoison.

S. *Wyngaarden*: Emendationes Hesychii. —— *V.* eius Observationes criticae, in Actis Soc. Litt. Rheno-Traiect. T. I.

HESYCHIUS Milesius s. Illustris.

Fabr. B. Gr. T. VI. p. 240 sqq.; *ed. n.* T. VII. p. 544 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1613, 8. HESYCHII Milesii Viri Illustris, Opuscula, partim hactenus non edita. Ioannes Meursius Graece ac Latine simul primus vulgavit, cum Notis. His adjecta Bessarionis Epistola Graecobarbara. LB., Ex officina Godefridi Basson cIↄ.Iↄ.c.xIII. —— 4 *ff.* praefixa, 64 et 295 pp. Meursius. —— Quae in hac editione continentur, sont: Hesychij Milesij (!) v. Illustris, de Viris doctrina claris, Liber. Ejusdem De Rebus patrijs Constantinopoleos Bessarionis Epistola Graecobarbara. Hadr. Iunij ad priorem Hesychij librum Castigationes. Henrici Stephani ad eundem Annotationes. Ioannis Meursij ad omnia & singula Notae. Fragmentum de rebus patriis Constantinopol. primus sub nomine Hesychii integriusque e codice msto Palatino publicavit. Rep. sunt omnia in Meursii Operibus (Flor.) T. VII. p. 201 sqq. Ab omnibus litteratis titulus non satis adcurate indicatus est.

1820, 8. Hesychii Milesii Opuscula duo quae supersunt I. de hominibus doctrina et eruditione claris. II. de originibus urbis Constantinopoleos, et Cardinalis Bessarionis Epistola de educandis filiis Ioannis Palaeologi lingua graeca vulgari scripta. Graece et Latine. Recognovit, notis Hadr. Iunii, Henr. Stephani, Ioa. Meursii, Pet. Lambecii, Gisb. Cuperi, Frid. Iac. Bastii aliorumque et suis illustravit Io. Conr. Orellius. Accedunt *Anonymi* scriptoris Latini Topographia urbis Constantinopolitanae cum notis Guidon. Pancirolli et Christ. Gottl. Heynii Pars Commentationum de Antiquitatibus Byzantinis quae ad Hesychium illustrandum pertinet, cum indicibus necessariis. Lips., in libr. Weidmann. ——

VIII, 393 pp. 1 *Th.* 18 *Gr.* Quae usque ad Orelli tempus de Hesychii scriptis prolata sunt ad ea vel illustranda vel emendanda, etiam Fabricii notitiam litterariam de Hesychio editor recepit. Textus graecus multis locis emendatus est. Indices additi quatuor usum libri facilem reddunt.

Bb) *Singula opera.*

1) De viris doctrina claris.

1572, 8. Ἡσυχίου Μιλησίου Ἰλλουστρίου, περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων σοφῶν. (*Graece*) Ex bibliotheca Io. Sambuci. Antverp., I. Plantin. 1572. *Versio lat. singulari tit.:* Hesychii Milesii, Illustrii cognomento, de his qui eruditionis fama claruere liber, Hadriano Iunio interprete. Antverp., I. Plantin. 1572. *Tomi II* in *I vol.* —— Iunius versioni annotationes et castigationes adiecit.

1593, — 1615, — 1616, 8. Hesychii Ill. de Philosophis et de aliis Scriptoribus. Graece et Latine. —— Cum Diogene Laertio. V. *ib.* I. Aa).

2) De originibus CPoleos.

1596, — 1697, 8. De originibus et rebus patriis Constantinopoleos Fragmentum. Graece et Latine. —— Cum Codino. V. *ib.* I. Primus quidem Genrgius Douza hoc fragmentum edidit, sed sub Codini nomine. Meursius verom auctoris nomen primus iuvenit, ut supra adnotavi.

1648, f. — graece et latine. —— In Eclogis historiae de rebus Byzantin. Paris., e typ. Regia. Est volumen I. collectionis Byzantinorum Paris. Expressum est fragmentum ex Meursii editione.

1729, f. —— *Ib.* Venet., e typ. Iauarina. Ex praecedente editione expressum est fragmentum.

II. *Illustrantia Hesychium scripta.*

( ) Coniectura de Hesychio Milesio. —— In Diario class. no. XVIII. p. 585 — 587.

F. J. *Bast:* Variae lectiones in Hesychii Illustris librum de condenda Cstantinopoli, ex codice unico Palat. enotatae. —— In eiusdem Epistola critica. *V.* supra Antoninus Liberalis. II. Lectiones et ipsas Orelli in suam editionem recepit.

Iust. Ch. *Thorschmidii* Dissertatio de Hesychio, Illustri, christiano. Witteb., 1716, 4. —— Rep. est in prolegomenis Alberti ad Hesychii Alex. lexicon. Vol. I., et in Orelli editione Hesychii Milesii.

HESYCHIUS Presbyter.

Fabr. B. Gr. T. VI. p. 243 sqq. IX. p. 24 sq. XIII. p. 753.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1563, 8. Ἡσυχίου Πρεσβυτέρου τὰ εὑρισκόμενα. Hesychii Presbyteri opera quae extant. Graece. —— Cum Marco Eremita. Paris., ap. Gu. Morelium.

Bb) *Opera singula.*

1) Sermones.

Plures.

1a) De laudibus Mariae.

1565, 8. Hesychii sermones II. de laudibus Mariae. Graece et Latine, Pico interprete. —— Cum Epiphanio. V. *ib.* I. Bb) 6).

1624, f. —— In Auctario Bibl. PP. T. II. p. 417 sqq.

2b) De resurrectione.

1648, f. Hesychii sermones de resurrectione Iesu Christi, et qua hora crucifixus est Dominus. Graece cum versione Latina et notis Franc. Combefisii. —— In eiusdem Bibliothecae PP. Auctario novo. T. I. p. 743 sqq.

2) Quaestiones.

1686, 4. Hesychii Collectio quaestionum, excerpta ex eiusdem evangelica consonantia, Graece, cum versione Latina, et notis Io. Bapt. Cotelerii. —— In eiusdem Monumentis Eccles. Graec. T. III. p. 1—53.

3) Sententiae.

1624, f. Ἡσυχίου πρεσβυτέρου Ἀντιῤῥητικὰ καὶ Εὐχτικὰ, sive Sententiarum Centuriae II, ad Theodolum de Temperantia & Virtute. Graece et Latine. —— In Auctario Bibl. PP. (Paris.) T. I. p. 985 sqq.

4) Capita.

1602, 4. Ἡσυχίου στίχηρον sive Kεφάλαια in XII Prophetas Minores & Esaiam. Graece. —— Cum Adriani

Isagoge. Etiam in Criticis Sacris, edit. Francof. T. VI., et edit. Amst. T VIII. p. 26 sqq. Extat etiam sub titulo: sermo de temperantia et ratione reluctandi et precandi.

II. *Editiones versionum.*

Aa) *Opera omnia.*

1563, 8. Hesychii Presbyteri opera, Latine, Ioanne Piso interprete. —— Cum Marco Eremita. Lutet., excudebat Audoëno Fed. Morellus.

1677, f. Isychii sine Hesychii, Presbyteri Hierosolymitani, Opera, Latine. —— In Bibl. Max. PP. (Lgd.) T. XII. p. 52 — 205.

Bb) *Plura opera.*

1618, f. Hesychii sine Isichii Episcopi Hierosolymitani in Leviticum libri VII, sermones II de B. Virgine, sermo de S. Iacobo fratre Domini, sermo de temperantia et ratione reluctandi et precandi, Latine. —— In Bibl. PP. (Colon. Agripp.) T. VII. p. 1 sqq. Homilia utraque de S. Maria Deipara etiam latine extat in Bibl. PP. Paris. a. 1575.

Cc) *Opera singula.*

1) In Leviticum.

1527, f. Isychii Presbyteri Hierosolymorum, in Leviticum Libri Septem. Inuenies, optime Lector, interpretationem istam Isychii sic temperatam, ut quum uulgatae aeditioni Hieronymianae omnia conueniant, itentidem tamen LXX. testimoniis utatur, ut tralationes utraeque inter se commixtae planius faciant, quod alterutra consequi nullo pacto poterat. Fruere ergo hoc nostro munere recens à situ eruto & Vale. *Infra insigne typ. infraque: Cum gratia et privilegio Caesareo. Haec f. 1 a. In fine:* Basileae apud Andr. Cratandrum, Mense Martio Anno M.D.XXVII.

1581, 8. — Paris.

2) Oratio.

1589, f. Hesychii Presbyteri Hier. de Sancta Maria Deipara Homilia, Piso interprete. —— In Bibl. PP. T. II. p. 40 sqq. Haec oratio in supra commemorata editione Bibl. PP. Colon. prior est.

Dd) *Excerpta.*

1528, 4. Ex scriptis Isichii, de genuino eucharistiae negotii intellectu & usu. Edidit Hiob Gast. —— In eiusdem Libello ex scriptis vetustissimorum orthodoxorum Patrum. Hagauoae, Io. Secerius.

HIEROCLES.

1537, 4. Hieroclis Veterinariae Medicinae fragmenta CVII. Graece. —— In: Veterinariae Medicinae libris II. Basil., Voalder. De Hierocle v. Needhami prolegom. ad Geopon. p. LIX sq. I. Ruellii versio latina eiusdem collectionis, ubi etiam Hieroclis fragmenta latine leguntur, prodiit *Paris.*, *Colinaeus.* 1530, *f* Italice haec collectio prodiit *Venetiae* 1548, 8.

HIEROCLES Alexandrinus.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 466 sqq.; *ed. n.* T. I. p. 791 sqq.

I. *Editiones textus.*

Aa) *Opera omnia.*

1654 — 1655, 8. *ΙΕΡΟΚΛΕΟΥΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΑ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ ΕΠΗ ΤΑ ΧΡΥΣΑ.* HIEROCLIS Philosophi Commentarius in Aurea Pythagoreorum Carmina. IOAN. CURTERIO Interprete. Londini, ex officina Rogeri Danielis, apud Ioann. Williams sub signo Coronae, in Coemeterio D. Pauli. MDCLIV. — HIEROCLES de Providentia et Fato: una cum Fragmentis eiusdem; et Lilii Gyraldi Interpretatione Symbolorum Pythagorae; Notisque Merici Casauboni ad Commentarium Hieroclis in Aurea Carmina. (*Cum Joan. Pearsonii Prolegom. de editione, auctore et opere.*) Londini, ex officina Rogeri Danielis, apud Ioann. Williams sub signo Coronae, in Coemeterio D. Pauli. MDCLV. *Voll. II.* —— 17 *ff.* praefixa, 433 pp. et 1 *f.* errata contin.; 32 *ff.* et 271 sqq. Insunt in vol. I., praeter in titulo indicata opera, Pythagorae carmina aurea, eiusdem fragmenta quaedam metrica, item epistula et symbola, atque Hieroclis vita; in eiusdem commentarium Th. Marcilii adnotationes, Sylburgii notae, atque Hieroclis facetiae notis illustratae. Rep. 1673.

1673 (*non* 1675), 8. — London. Printed by J. R. for J. Williams in Cross-keys Court in Little Britain, and are to be

sold by Henry Dickinson of Cambridge Bookseller 1673. *Voll. II.* —— 32 *ff.* 271 pp.; 16 *ff.* 215 pp. et 4 *ff.* 4 *sh.* Haec est secunda editio, sed minus correcta.

1709, 8. HIEROCLIS Philosophi Alexandrini Commentarius in Aurea Carmina, de Providentia et Fato, quae supersunt, et reliqua Fragmenta, Graece et Latine. Graeca cum MSS collata castigavit, Versionem recensuit, Notas et Indicem adjecit Pet. Needham, S. T. B. Coll. D. Ioannis Cantabr Socios. Cantabrigiae: Typis Academicis, impensis A. et I. Churchill, Bibliopolarum Londinensium. MDCCIX. —— 16 *ff.*, 407 pp. et 10 *ff.* 4 *sh.* In ch. m. exemplar quoddam vendebatur 2 *L.* 16 *sh.*, alia etiam minoris pretii. Omnium locupletissima editio; sed in textu Needham molta temere mutavit. Editioni adiungenda est I. Ch. Wolfii dissertatio, infra III. laudata.

Bb) *Plura opera.*

1543, 8. Hippocratis liber de victu in morbis acutis, graece et latine interprete I. Vassaeo, cum Galeni commentario. Paris., ap. I. Roigny. —— Huius editionis notitiam Schrader l. c. p. 449 ad Choulanti librum Bücherk. *etc.* addidit.

1543, 8. — graece et latine Gu. Copo interprete, edidit Albanus Torinus. Basil. —— Huius editionis notitiam ex catalogo Musei Britann. desumpsi.

1609, 4. *I. Heurnii* in Hippocratis de victus ratione in morbis acutis lib. I—IV. commentarius. (*Adiectus est textus graecus cum versione latina.*) (LB.) Rapheleng. *Partt. II in 1 vol.*

14) De locis in homine.

1536, 8. Hippocratis liber de locis in homine. Graece edidit Albanus Torinus. Basil.

1637, 4. Hippocratis liber de locis in homine commentariis illustratus a Fr. Perla. Rom., ap. Bernh. Tanum.

15) De morbis virginum.

1574, 8. Hippocratis de morbis virginum liber, graece et latine, cum adnotationibus edidit Maurit. Cordaeus. Paris., ap. Gabr. Buon.

1648, 8. *Claudii Tardy* paraphrasis in librum de virginis morbis. Paris.

1582, 4. *Io. Bapt. Donalii* commentarius in Hippocratis librum de morbis virginum. Lucae, ap. Vinc. Busdracum.

16) De morbis mulierum.

1585, f. Hippocratis liber prior de morbis mulierum, (*graece*) Mauricio Cordaeo Rhemo interprete & explicatore. Parisiis, ap. Di. Duval.

1588, 4. — graece et latine. —— In Gynaeciis sive de mulierum affectibus commentariis *etc.* (Basil.) T. III.

1597, f. —— In *Isr. Spachii* editione Gynaeciorum. Arg.

17) De visu.

1792, 8. Ἱπποκράτους περὶ ὄψιος. Hippocratis de visu libellus. In memoriam optimi patris Ioa. Frider. Ingler. — separatim et emendatius edidit, notisque et aliorum, et suis illustravit Io. H. Ingler. Helmst., sumtibus Fleckeisen. —— 96 pp. 9 *Gr.* Liber est graece cum versione latina exhibitus, et p. 47—96 commentarius adiectus. Conf. Neue Allgem. deut. Bibl. Vol. VII. P. II. p. 367—368.

18) De curandis luxatis.

1579, 4. Hippocratis μοχλικόν, sive de curandis luxatis libellus, Graece. Lutet., ex offic. Fed. Morelli.

19) De capitis vulneribus.

α) Sine a. notitia.

—, 8. Hippocratis de capitis vulneribus liber, graece et latine, interprete Vido Vidio. Paris., ap. Iac. Bogardum.

β) Cum a. notitia.

1556, 8. Hippocratis de vulneribus capitis liber. Graece. Paris. —— Hanc notitiam Catalogus bibl. Musei Britann. mihi suppeditavit.

1578, 8. Hippocratis de capitis vulneribus liber, Graece, ex castigatione Ios. Scaligeri; & Latine, ex interpretatione & cum commentario Franc. Vertuniani doctoris medici Pictaviensis. Lutetiae, apud Mam. Patissonium Typographum regium in offic. Rob. Stephani.

1616, 4. *Petri Pavii* succenturiatus anatomicus, sive commentarius in Hippocratem de vulneribus capitis. *Adiectus est textus graecus cum versione latinâ.* LB., ap. Iod. a Colster. —— Cum figg.

1632, 4. *Io. Bapt. Cortesii* Tr. de vulneribus capitis, cum textu graeco et versione latina. Messanae.

20) De anatomia.

1728, 4. De nova Hippocratis editione adornanda commentatio, qua animum aperit atque simul ad symbolas

conferendas eruditos invitat Dan. Wilh. Trillerus, qui et speciminis loco libellum de anatome recensuit, emendavit, et commentario medico-critico perpetuo illustravit. LB. —— In hac scriptione Hippocratis liber de anatomia, graece cum versione latina et prolixo commentario editus est. Rec. in Trilleri Opusculis T. II. p. 238 sqq.

21) Epidemiorum libri.

1532, 4. Hippocratis Epidemiorum liber sextos, (*graece*,) iam recens latinitate donatus, Leonardo Fuchsio interprete. Addita est luculenta ejus libri expositio. Haganoae ex officina Ioan. Secer. MDXXXII. —— Textus est Asulani, et commentarius studiosissime elaboratus. Rep. 1537.

1537, f. — Basil., apud Bebelium et Isingrinium. —— Haec editio priore auctior est.

1545, 12. — liber VI. Graece. —— Cum Aphorismis. Francof.

1644, 4. *Pet. Franc. Phrygii* commentarii in historias epidemicas Hippocratis, graece et latine in III partes digesti. Lugd., sumtibus I. Ant. Huguetan.

1717, 4. Ἱπποκράτους ἐπιδημιων το πρωτον και το τριτον. Hippocratis de morbis popularibus Liber primus, & Tertius. (*Graece et Latine.*) His accommodavit Novem De febribus commentarios Johannes Freind, M. D. Coll. Med. Londio. & Soc[lis]. Reg. Socios. Londini: Impensis Gul. Innys, ad Insignia Principis in Coemterio D. Pauli MDCCXVII. —— XXV, 116, 152 pp. (Ebert 119 et 174 pp.) Rep. 1717 sqq.

1717, 8. — Amstelod. —— *V.* 1717 et 1730.

1730, 4. —— In *I. Freind* Operibus Neap. —— *V.* 1717 et 1733.

1733, f. —— In *I. Freind* Operibus. (Ld., typis Iohannis Wright MDCCXXXIII.) p. 156—298. *V.* 1730 et 1735.

1735, 4. —— In *I. Freind* Operibus. Paris. *V.* 1733.

22) De insomniis.

1543, 4. Hippocratis de insomniis liber, graece et latine cora Iosti Velsii. Basil.

1586, 8. Hippocrates de insomniis, Graece. Lutetiae, ap. Fed. Morellum.

1610, 8. *Iul. Caes. Scaligeri* de insomniis commentarius in librum Hippocratis. *Adiectus est textus graecus cum versione latina.* Accesserunt Aristotelis de somno et vigilia, de insomniis et divinatione libelli. Giessae, in offic. Chemliniana.

23) De pharmacis.

1616, 8. Hippocratis de pharmacis purgantibus liber. Graece e codice msto Cujaciano edidit Dionys. Petavius. —— Ad Nicephori Constantinop. calcem. Paris.

1617, 12. Hippocratis de pharmacis purgantibus libellus, Graece, ex Cujaciano cod. a R. P. S. I. exscriptus, hactenus in plerisqoe Hippocratis editionibus desideratus; & Galeni Corollarium, quod animi mores corporis temperamenta sequantur, Graecè è bibliotheca regia, hactenus ineditum; cum Latina otriusque versione, & notis, novarumque ad Theophilum περι ουρων curarum accessione, per Fed. Morellum. Lutet., ap. Fed. Morellum.

1621, 12. Hippocratis de pharmacis purgantibus libellus, Graece & Latine, cum Fed. Morelli notis. Paris., ap. Ioan. Libert. —— Haec editio ad praecedentem conformata est; sed Morellus Galeni corollarium non adiecit.

24) De septimestri partu.

1562, — 1569, 8. Ἱπποκράτους περι ἑπταμηνων. Graece edidit I. Caius.

25) Aphorismi.

aa) Omnes libri.

α) Sine a. notitia.

—, 8 min. Qvarum artium ac lingvarum cognitione Medicu opus sit. — Prelatio ante Hippocratis Aphorismorum initium per Iannu Cornarium Zuiccaniensem, habita Rostochii. — Aphorismi Hippocratis, graece etc. Haganone, apod Iohan. Secerium. *In fine Secerii insigne typ.* —— 44 nou num. *ff.* Bibl. acad. Lips.

—, 24. Hippocratis aphorismi, graece et latine, ex recognitione Adolph. Vorstii. LB., ap. Gaesbeckios. —— Exemplar in ch. pergam. extat.

β) Cum a. notitia.

1532, 12. ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΩΝ Τμηματα Ζ. — Νικοκρᾶτης εἰς Ἱπποκρατην. Ἱπποκρατης ψιος ἦν μεροπων, και σωτηρ λαων ἔθνει, και νεκυων

ἡν σπανις ειν αιδη. ***In fine:*** *Ετυπωθη παρα Σεβαστιανῳ τῳ Γρυφιῳ εν Λαγδυνῳ ετει απο της θεογονιας, α φ λ β.* — 40 non num. *ff.* Bibl. acad. Lips. Rep. 1543.

1533, 8. Hippocratis Aphorismi, Graece, ex diversorum codicum collatione per Rutgerum Rescium diligenter recogniti. Venundantur Lovan. a Barth. Gravio. ***In fine:*** Lovanii ex officina Rutgeri Rescii, quarto idus Iunias, an. M. D. XXXIII. sumptibus ejusdem et Bartholomaei Gravii. — Rep. 1543 et 1545.

1542, 8. — Graece et latine, cum Galeni commentariis, interprete Nicol. Leoniceno. Paris., ex officina Iacobi Bogardi. — Hanc notitiam ex Maittairii Annal. typ. T. V. p. 487 desumpsi; editionem, quae fortasse eadem atque indicata est, indicat Schrader l. c. p. 449: *ex offic. Carol. Guillardae.*

1543, 12. — Lgd. — *V.* 1532.

1543, 12. — Lgd., ap. Gryphium. — Rep. 1545.

1544, 4. — 1545, 8. Hippocratis Coi aphorismorum sectiones VII (*graece*) e Graeco in latinum sermonem conversae, et commentariis illustratae, per Leonh. Fuchsium. Basil. — Auctoritate Schraderi hanc editionem hic enumeravi; aliquin, cum eam non viderim, versionibus adscripsissem, duce Pierero in notitia litteraria, praemissa eiusdem versioni lat. p. CLX., ubi etiam huius editionis repetitiones Lgd., 1554, 1558, 1559, 8. indicantur. Etiam in notitia Ackermanni litteraria, quam auctius praemisit Kühnius suae editioni Vol. I. non satis accurate indicatur.

1545, 12. — Francof. — *V.* 1543.

1547, 16. Hippocratis aphorismorum genuina lectio graeco-latina, cum Galeni censura in eos omnes, qui minus erant absoluti, per Io. Morisotum. Basil.

1547, 16. — graece et latine, cum commentario Galeni, per Nic. Leoniceninum. Lgd., ap. Gu. Rovillium. — Rep. 1581.

1551, 16. Hippocratis aphorismi, graece et latine, cum Gu. Plantii interpretatione, et I. Lygaei paraphrasi. Paris. — Rep. 1555 sqq.

1552, — 1555, 16. Hippocratis aphorismi, graece et latine cum commentario Io. Brechei. Paris. — Rep. 1580.

1555, — 1561, — 1573, 16. — Adiecto Galeni commentario. Lgd., ap. Gu. Rovillium. — *V.* 1551 et 1580.

1579, 8. *Iacobi Holleri* in Hippocratis aphorismos (*graece et latine*) commentarii etc. Paris. — Rep. 1582, 8.

1580, 16. — Genev. — *V.* 1555 et 1582.

1581, 16. — Lgd., ap. Gu. Rovillium. — *V.* 1547.

1582, 12. — Accedit I. Marinelli commentarius. Venet. — *V.* 1580.

1582, 16. — Lgd. — *V.* 1580 et 1590.

1582, — 1583, 8. *Iac. Holleri* in Hippocratis aphorismos (*graece et latine*) commentarii VII. Edidit et scholiis illustravit I. Liebaut. Paris., ap. Iac. de Puys. — *V.* 1579. Rep. 1596 sqq.

1590, — 1595, 12. — Genev. — *V.* 1582, 16.

1596, — 1597, 8. — Genev. — *V.* 1582, 8. et 1597.

1597, 8. — Lips. — *V.* 1596 et 1597.

1597, 8. — Francof. — *V.* 1597 ant. et 1613.

1601, 12. Hippocratis Coi aphorismi, graece et latine, brevi enarratione fidaque interpretatione illustrati, cum historiis, observationibus, cautionibus et remediis selectis, a I. Heurnio. LB. — Rep. 1607 sqq.

1606, 12. Hippocratis aphorismi, ex recensione Pauli Offredi. Romae. *Adiungendi sunt: Pet. Offredi* commentarii in Hippocratis aphorismos. Romae, 1606.

1606, 12. Hippocratis aphorismi, graece et latine cum Pauli Offredi commentario. Aureliae Allobr. (*i. e.* Genev.), ap. Pet. de la Rovière.

1607, — 1609, 12. — Lgd., ex offic. Plantiniana Raphelengii. — *V.* 1601 et 1609.

1609, 4. — In *Heurnii* operibus. *V.* 1607 et 1615.

1613, 8. Hippocratis aphorismi, graece et latine, a Thoma Magistro editi. Paris.

1613, 8. — Genev., ap. Pet. et Iac. Chouet. — *V.* 1597 et 1620.

1615, 8. — Lgd. — *V.* 1609 et 1623.

1620, 8. — (*Genev.*,) ap. Pet. et Iac. Chouet. — *V.* 1613 et 1644.

1621, 8. Hippocratis Aphorismi, Graece et Latine, Gul. Plantio Coenomano interprete. Paris., ap. Ionn. Libert.

1623, 12. Hippocratis Coi Aphorismi, graece et latine, breui enarratione fidaque interpretatione illustrati cum historiis, observationibus, et remediis selectis a I. Heurnio. Lond. — *V.* 1620 et 1623.

1623, — 1627, — 1638, 12. — LB. — *V.* 1623 et 1664.

1628, 32. Hippocratis aphorismi, graece et latine, ex recognitione Adolph. Vorstii. LB., ex offic. Elzevir.

1628, 12. Hippocratis Aphorismi, Graece et Latine. Cum Galeni Commentariis. Nic. Leoniceno, Vincent. interprete. Accedunt notae marginales atque index. Geneuae, apud Pet. Chouet. 1628. —— Ex Rysseli Catalogo P. VI. p. 3 hanc notitiam deprompsi.

1633, 12. Hippocratis aphorismi, cum Galeni commentariis, graece et latine, vertente aphorismos Foesio, commentarios Galeni G. Plantio; curante Adr. Tollio. LB.

1633, 16. — 1638, 12. Hippocratis aphorismi, graece latine, ex interpretatione Foesii, cum methodo, qua aphorismi in certum ordinem digesti exhibentur a Io. Ern. Scheffler. LB., ex offic. Io. Maire.

1634, 12. — graece et latine cum Commentario per Gu. Odry. Paris.

1641, 8. Hippocratis aphorismi, graece et latine, breviter et nervose enodati, a Tobio Knobloch. Norimb., ap. Wolfg. Endter.

1644, — 1646, — 1652, 8. — Genev. ex typ. Pet. Chouet. —— *V.* 1620 et 1675.

1647, 8. Hippocratis aphorismi, graece et latine et hebraice, cura Marci Ant. Cajotti. Romae.

1657, 24. Hippocratis aphorismi, graece et latine cum metrica paraphrasi van der Poortii. Ultrajecti.

1655, — 1656, 4. Hippocratis aphorismi (*graece et latine*), illustrati opera I. Conr. Dieterici. Giessae, e typographeo Chemliniano. —— Rep. 1661.

1661, 4. — Ulmae. —— *V.* 1655 et 1661.

1661, 4. — Slesvic. —— *V.* 1661 et 1665.

1664, 12. Hippocratis Coi aphorismi Graece & Latine; Brevi enarratione; fidaque Interpretatione ita illustrati, ut ab omnibus facile intelligi possint. Cum historiis, observationibus, cautionibus, & remediis selectis. A J. Heurnio Ultrajectino. Editio tertia, multo emendatior. Hagae Comitis. Ex Typographia Adriani Vlacq. M.DC.LXIV. —— 512 pp. et 8 *ff.* *V.* 1623 et 1676.

1665, 4. — Ulmae. —— *V.* 1661.

(1675,) 16. Hippocratis aphorismi, graece cum interpretatione latina, locis parallelis ex ipso Hippocrate, et indice, cura Luc. Verhoofd. LB.

1675, 8. — Genev. —— *V.* 1644.

1677, — 1690, 12. Hippocratis Coi aphorismi, graece et latine, brevi enarratione *etc.* illustrati *etc.* a Io. Heurnio. Iuxta exemplar Lugd. Batav. Jn. —— *V.* 1664 et 1688.

1685, 16. Ἱπποκράτους ἀφορισμοί. Hippocratis aphorismi, graece et latine, variorum auctorum maxime Hippocratis et Celsi, locis parallelis illustrati. Subiiciuntur Celsi sententiae, studio et cura Theod. Jansoni ab Almeloveen. Amst., ap. Westein. —— Rep. 1732.

1688, 12. — Amst. —— *V.* 1677 et 1690.

1690, 12. — LB. —— *V.* 1688.

1690, 12. Hippocratis Coi aphorismi, graece et latine, brevi enarratione illustrati ab I. Heurnio. Iuxta exemplar Lugd. Bat. Jn. —— *V.* 1688.

1702, 8. Hippocratis aphorismi. Graece et Latine, commentariolo illustrati a Martino Listero. Lond. —— *V.* 1703.

1703, 12. Hippocratis aphorismi (*Graece et Latine*) cum Commentariolo. Auctore Martino Lister, E Medicis Serenissimae Majestatis Reginae Annae. Londini. Typis W. B. Impensis A. & J. Churchil, ad Insigne Nigri Cygni, in Vico vulgo dicto Paternoster-Row. 1703. —— 6 *ff.* praefixa, 238 pp.; et 1 *f.*, quod librarii catalogum continet. Bibl. acad. Lips. Rep. 1702 et 1730.

1729, 8. — graece et latine, notis illustrati, Edente I. Iac. Fickio. Jn.

1730, — 1744, 12. — Accedit Plancheti synopsis horum aphorismorum (*per locos communes digestorum*). Ad Exemplar Londinense. Tubing. —— *V.* 1703.

1732, 16. — LB. —— *V.* 1685, 1756 bis, et 1756.

1736, 12. Aphorismi Hippocratis Graece et Latine: juxta optimam Editionem Theodori Ianssonii ab Almeloveen, Med. Doct. Amstelodami impressam, Anno 1685. In usum Iuventutis studiosae. Edinburgi: in Aedibus R. Fleming, sumptibus Ioannis Paton Bibliopolae in Area Parliamentaria. M.DCC.XXXVI.

1748, 8. — graece et latine. —— In *Zwingeri* opusc. Hippocrat. aphorist. Basil.

1756, 12. — Editio nova diligenter correcta. Argentor. —— *V.* 1732 et 1756.

1756, 12. — Lips., impensis Io. Paul. Krausii bibliopolae Viennensis. CIↃIↃCCLVI. —— 6 *ff.*, 181 pp., 18 *ff.* et 32 pp. *V.* 1756, 1759 et 1765.

1759, 12. — Cum indice L. Verhoofdii et locis parallelis ex Boerhavii et Swietenii commentariis, et notis Annae Carol. Lorry. Paris. —— *V.* 1756 et 1786.

1765, 12. — LB. — *V.* 1756.

1767, — (*tit. n.*) 1778, 8. Hippocratis aphorismi (*graece et latine*), notationibus variorum illustrati. Digessit et indices addidit I. Ch. Rieger. Hagae Com. *Voll. II.* —— In titulo mutato est *LB.* impressionis locus.

1779, — 1782, 12. Ἱπποκράτης ἀφορισμοί. Hippocratis aphorismi, ad fidem veterum monimentorum castigati, latine versi, a J. B. Lefevre de Villebrune. Constantinopoli, Prostat Parisiis, Apud Clousier, Typographum - Bibliopolam, via San - Jacobaea; Segaud, Bibliopolam, prope Scholas Chirurgicas. 1779. —— Effigies Hippocratis aeri incisa est praefixa, XX, 371 pp. et 1 *f.* In bibl. acad. Lips. ex editoris donatione adservatur exemplar, in cuius titulo editor ipse scripsit notitiam hanc: „Bibliothecae Universitatis Celeberrimae Lipsiaae dono dedit hoc suum exemplar Joannes Baptista Lefebvre de Villebrune Sylvanectino-Gallus, Litterarum humaniorum Cultor Parisiis Augusti 2a die 1784“, eiusque forma in duodenis chartae magnitudine formae 4 assimilata est. De Villebrune ad textum emendandum inprimis codicibus mstis Paris., praesertim hebraeis et arabicis usus est; sed admodum temere, et non satis consultis iis, qui ante ipsum bene de aphorismis meruerunt, id fecit. Omnino editio multis vitiis cumulata et foedata est.

1784 (non 1786), 16. — Paris., Didot. —— 4 *fr.* Lorryi editio laudatur. Mirur, quod Kühn Harlesii errorem de huius repetitionis anno non sustolit, quod ex Eberti Allgem. bibliogr. Lex. no. 9765 facile fieri potuisset.

1811, 8. Ἱπποκράτους ἀφορισμοί. Hippocratis aphorismi. Aphorismes d'Hippocrate, Traduits sur le texte Grec, d'après la collation des Manuscrits de la Bibliothèque Impériale; avec une Dissertation sur ces Manuscrits, et les Variantes. Par M. de Mercy. A Paris, chez Crochard. —— exxiv pp., 1 *f.*, 352 pp. et 1 *f.* Textus graecos ad codices mstos Paris. editos, cum versione latina et gallica exhibetur. Ebert de hac editione errat, cum versionem gallicam tantum in ea inesse putet.

1822, 4. The Aphorisms of Hippocrates (*Greek*) with a Translation into Latin and English. By Thomas Coar. London. —— Sic haec editio in The Bibliographer Manual by W. Th. Lowndes. P. VIII. p. 934 indicatur.

1822, 12. Hippocratis aphorismi. Ad optimorum librorum fidem accurate editi. Cum indice Verhoofdiano locupletissimo. (*Cura Iust. E. K. Heckeri.*) Berol., Enslin. —— IV, 179 pp. 1 *Th.*

bb) **Delectus.**

1631, 4. Hippocratis Aphorismorum liber primus, Graece et Latine ex versione Io. Heurnii; subiungitur carmen alterum Graecum Radul. Wintertoni. Cantabr. —— 4 *sh.* Rep. 1633.

1633, 12. — Cum metaphrasi I. Freri et Radul. Wintertoni. Cantabr. —— 2 *sh.*

26) De haemorrhoidibus.

1540, 8. Ἱπποκράτους περὶ αἱμορροΐδων. Γαληνοῦ περὶ πεπονθότων τόπων βιβλία ς'. Hippocratis de Haemorrhoidibus libellus; item Galeni de Locis affectis libri VI. (*Graece.*) Basileae. *In fine:* Basileae per Thomam Platterum. anno M.D.XL. mense Septemb. —— 4 *ff.* praefixa, 404 pp. et 1 *f.* Bibl. sen. Lips.

1619, 8. — graece et latine cum commentario Manialdi. —— In eiusdem collectione. Paris.

27) De morbis.

1540, 4. Hippocratis de morbis libri IV, Graece et latine, ex versione Georg. Pylandri. Paris.

1637, 4. Hippocrates de morbis internis, Graece et Latine, cum praelectionibus Ioh. Martini. Parisiis apud Johannem Libert. M.DC.XXXVII. —— Sic editio in Maittairii Annal. T. V. p. 489 indicatur. Alias editorem Renatum Morellum esse dicitur.

28) Epistolae.

1499, 4. Hippocratis epistolae. Graece. —— In *Aldi* collectione epistolarum graec. Vol. II. Rep. 1606.

1539, 8. Hippocratis epistola ad Democritum, graece et latine. Saligniaci.

1573, 8. Hippocratis epistolae duae, altera ad Democritum, altera ad Damagetum. Graece. —— In *H. Stephani* Poesi philosophica. (Anno M.D.LXXIII. excudebat H. Stephanus.) p. 185—202. *V.* 1711.

1601, 8. Hippocratis epistolae ad Artaxerxem et Democritum, graece et latine ex versione latina Eilh. Lubini. —— In

Collectione Commeliniana epistolarum graecarum.

1606, f. Hippocratis epistolae, graece et latine. —— In *Iac. Cuiacii* collectiooe epistolarom graec.

1693, 8. Democritus et Hippocrates, philosophi morales. —— Sub hoc titulo Hippocratis epistolas aliquot eum aliis ad illum datis recudendas curavit Ch. Thumasius in historia sapientiae et stultitiae. T. II. p. 8 sqq. Thomasius observationes morales adiecit, quae non magni momenti sunt. Rep. 1730.

1711, 4 et f. Hippocratis epistola ad Damagetum, graece et latine. —— In *Hadr. Relandii* editione Epicteti Manualis. V. *ib.* I. Bb) 1). In hac epistola, praeter alia multa, refertur, Hippocratem ab Abderitanis publice arcessitum ad Democritum venisse, ut eum ab insania liberaret.

1730, 12. Hippocratis epistolae aliquot cum aliis. Paris. —— Sunt illae epistolae, quas Thomasius a. 1693 edidit.

29) Hippiatrica.

1814 (*non* 1819), 8 mai. *Ἱπποκράτους Ἱππιατρικά.* Hippocratis Veterinaria (*Graece*), Latine et Italice reddidit ac notis illustravit Petrus Aloysius Valentini in nosocomio S. Spiritus Medicus primarius. Romae MDCCCXIV. Apud Linum Contedini. Superiorum permissu. —— XVIII, 238 pp. Textus graecus cum versione latina p. 2—105 legitur; versio italica p. 107—179 et p. 161—232 animadversionss habentur. In calce p. 223—238 index capitum adiectus est. De auctore huius libelli dubium est. Valentinus io praefatione eom Hippoerati Coo abiiudicat, eum hic ionica dislecto, auctor autem Veterinariorum attica usus sit.

Dd) *Delectus.*

1824, 8. Chrestomathia Hippocratica. Edidit atque praefatus est C. Pruys van der Hoeven. Hagae Comitis ap. Vid. I. Allart. —— XXII, 218 pp. 1 *Th.* 20 *Gr.* Ex cnacis praesagiis, prognostico, ex libro I. et III. epidemicorum morborum, ex libro de aere, aqua et locis, ex libro de ratione vivendi in morbis acutis atque ex aphorismis haec chrestomathia coufecta est. Praeterea editor iusiurandum integrum, cuius auctorem habet Hippocratem, atque textui graeco animadversiones in osum eorum, qui in lingua graeca rudes sunt, adieeit. Pag. 133 sqq. etiam versio atina Foesii addita est.

II. *Editiones versionum.*

A. latinarum.

Aa) *Opera omnia.*

1525, f. Hippocratis Coi medicorum omnium longe principis, octoginta voluminа, quibus maxima ex parte, annorum circiter duo millia, Latina caruit lingua, Graeci vero, Arabes et prisci nostri medici, plurihus tamen utilibus praetermissis, scripta sua illustrarunt, nunc tandem per Fabium Calvum Rhavennatem — latinitate donata, Clementi VII. Pont. M. dicata ac nunc primum in lucem edita. *In fine*: M. Fabius Calvus Rhavennas cum ceteris Hippocratis octoginta voluminibus Romae vertebat XIX. Cal. Septemb. 1515. Cum gratia et privilegio Sanctissimi Clementis VII. Pont. Max. ac Serenissimi Francisci, Regis Francorum ad decem annos. Romae ex aedibus Francisci Minitii Calvi Novocomensis anno a partu virginis MDXXV. —— Editio est princeps versionis latinae, quae iussu Clementis VII. atque secundum codices mstos Vatic., sed non summa cura et diligentia facta est. Rep. 1549.

1526, f. Hippocratis Coi medicorum omnium longe principis, opera: quibus maxima ex parte anuorū circiter duo millia Latina caruit lingua: Graeci nero & Arabes, & prisci nostri Medici, plurimis tamen utilibus praetermissis, scripta sua illustrarunt: nunc tandem per M. Fabiū Rhauennatem, Gulielmum Copum Basiliensem, Nicolaum Leunicenū, & Andream Brentium, uiros doctissimos Latinitate donata, ac iamprimū in lucem aedita: quo reuera humano generi nihil fieri potuit salubrius. BASILEAE IN OFFICINA ANDREAE CRATANDRI, ANNO M.D.XXVI. *Elenchum librorum hoc opere contentorum, in calce sequentis indicis reperies.* BASILEAE, PER ANDREAM CRATANDRVM EXCVSVM, MENSE AVGVSTO, ANNO M.D.XXVI. —— Haec secunda editio priore auctior est. Versio librorum de diaeta in acutis IV, et praesagiorum III, Gul. Copi; aphorismorum, Nic. Leoniceni; libri de natura hominis Andreae Brentii, ceterorum autem librorum Fabii Calvi est. Praeterea tractatus Aphricani de ponderibus et mensuris, quaedam Balbi de Asse eiusque minutis partibus accesserunt. Bibl. acad. Lips.

1545, 8. Hippocratis Coi, medicorum omnium longe principis, opera, quae

apud nos extant, omnia, per Ianum Cornarium, medicum physicum, latina lingua conscripta. Venet. —— De hac versione iudicia valde differunt; alii editorem multis eudicibus mstis usum esse et Aldina editione iudicant; alii id fecisse negant, eumque nimiam fidem Calvi versioni tribuisse dicunt; alii etiam versionem prorsus abiiciendam esse statuunt. At, quamquam versio non omnibus numeris absoluta est habenda, in ea multum Cornarius profecit, atque bene de Hippocrate meruit. Saepe recusa est. *V.* 1546.

1546, 8. — per Ianum Cornarium latina lingua conscripta. Paris.

1546, f. Hippocratis Coi medicorum omnium longe principis, opera quae ad nos extant omnia. Per Ianum Cornarium Medicum Physicum latina lingua conscripta. Index rerum ad calcem operis uniuersi annexus est foecundissimus. FRO|| BEN. BASILEAE, MDXLVI, Cum gratia & priuilegio Imp. Maiestatis ad annos V. *In fine:* Basileae per Hieronymum Frob. et Nic. Episcopium mense Martio M. D. XLVI. —— Bibl. acad. Lips.

1546, 8. Hippocratis Coi Medicorum omnium longe principis, opera quae ad nos extant omnia. Per Ianum Cornarium Medicum Physicum Latina lingua conscripta. Index rerum ad calcem operis uniuersi annexus est foecundissimus. Venetiis apud Ioan. Gryphium. MDXLVI. *Voll. II.* —— *V.* 1553, *f.*

1549, f. — per Fabium Calvum latinitate donata. Romae. —— *V.* 1525 et 1610.

1553, 8. Hippocratis Coi Medicorum omnium longe principis, opera quae apud nos extant omnia. Per Ianum Cornarium Medicum Physicum Latina lingua conscripta. Accessit index rerum copiosissimus. Lugduni apud Ant. Vincentium. M. D. LIII. *In fine:* Lugduni excudebat Petrus Fradin, M. D. LV.

1553, f. — Basil. —— *V.* 1546, 8. et 1562.

1558, f. Hippocratis Coi opera, quae ad nos extant, omnia per Ianum Cornarium latina lingua conscripta, et recognita, cum accessione Hippocratis de hominis structura libri antea non excusi, recens illustrata, cum argumentis in singulos libros, cum indice copiosissimo, per Io. Culmannum, Goeppingensem, primum editos. Basil.

1562, 8. — Venet. —— *V.* 1553 et 1564.

1564, f. — Venet. —— *V.* 1562 et 1564.

1564, 8. — Venet. —— *V.* 1564 et 1582.

1575, f. Hippocratis Coi Medicorum omnium facile principis Opera, Quibus addidimus Commentaria Ioan. Martinelli, In quibus morbi omnes, eorumque causae, signa, ac curationes, quę in Libris Hip. dispersim scribuntur, unà copulantur, atque tractantur: Deinde voces, ac loca in Hip. Libris obscura, & difficilia ex Galeni sententia declarantur: Postea sententiae plurimae, quae ab Hip. dignitate ob translationes perperam factas alienae uidentur: antiquorum autoritate sunt correctae: Praeterea multa, quae saepe leguntur in eisdem Libris, quae a se ipsis alias dissentire videntur, ea conciliata sunt: Ac tandem Index omnium copiosissimus. Nona et Argumenta in singulos libros per Ioan. Culman. Gepping. sunt addita. Cum priuilegiis. Venetiis. M. D. LXXV. Ex Officina Victoriae, apud Ioannem Valgrisium. —— Male Hallerus in Bibl. med. pract. T. I. p. 92, versionem esse Fabii Calvi, dicit. Blumenbachius in Introd. in hist. medic. litter. p. 32 huic omnium fere rarissimae editioni prae ceteris palmam tribuit. Rep. 1619.

1582, 8. — Venet. —— *V.* 1564.

1596, 8. Hippocratis opera omnia, quae extant, in VIII sectiones ex Erotiani mente distributa. Nunc recens latina interpretatione donata ac denuo separatim in lucem edita. Autio Foesio authore. Accedunt ad VI. sectionem Palladii Scholia in lib. de fracturis, latine conversa. Francof., Wechel. —— Hanc editionem in nullis libris litterariis accurate, nisi in Weigelii adparatu litterario no. 5090 notatam vidi. Foesii versio optima omnibusque praeferenda est.

1610, f. — Romae. —— *V.* 1549 et 1619 *ib.*

1610. f. Hippocratis Coi opera, latine ex Iani Cornarii versione, cum commentariis Io. Marinelli et argumentis in singulos libros publicavit I. Culmannus. Vincentiae.

1619, f. Hippocratis Coi opera, ex Iani Cornarii versione cum commentariis Io. Marinelli et argumentis Io. Culmanni. Venet. —— *V.* 1575.

1619, f. — Romae. —— *V.* 1610 *ib.*

1737—1739, f. Hippocratis Coi opera omnia, ex Iani Cornarii versione, una cum Io. Marinelli commentariis, ac Pet

Matth. Pini indice, cura Io. Bapt. Paitoni. Venet. *Voll. III.* —— Commoda est haec editio, cuius primus (a. 1737) Tomus Hippocratis opera, ex Iani Cornarii versione, alter (a. 1739) Io. Marinelli commentarios, tertius autem (a. 1739) Pini indicem continet.

1767—1771, 8. Hippocratis Opera, latine. Edidit Alb. de Haller. —— *V.* eius: Artis medicae principes. (Lausannae, sumpt. Fr. Grasset et socior.) T. I—IV. Bibliopola Paitoni editionem secundam quae Cornarii versionem continet, typis describere, cum Haller Mackianam sequi maluisset. Eam ergo supplevit, quoad fieri potuit, ex Liudeniana; sed nihil de suo addidit, praeter quod et scripta in novum ordinem redegit, et in praefationibus, cuilibet libro praefixis, argumenta exposuit atque adnotavit, quaenam sint genuina, cuiusve originis. Titulus mutatus est a. 1784, *Lausannae.*

1784, 8. —— *V.* 1767.

1806, 8. Hippocratis Coi opera quae extant in sectiones VII divisa. Ex interpretatione Anutii Foesii recudi curavit, prolegomena de conditione artis medicae ante Hippocratem: Hippocratis vita, scriptis et meritis, nec non cuique libro praefatiunculam praemisit, verborumque difficilium minusque cognitorum indicem explicantem adjecit Jo. Frid. Pierer. Altenburgi bibliopolii Litterarisches Comptoir Dict. 1806. *Voll. III.* —— 4 *Th.* 12 *Gr.*, eh. ser. 5 *Th.* Nitida editio, cuius inprimis notitia litteraria et index magni habendi sunt, quamquam in utilitia errores deprehenduntur, si iudicio perlustratur.

Bb) *Plura opera.*

α) Sine a. et l. notitia.

—, 4 min. Hippocrates de natura hominis. de Uictu. De tuenda naletudine. Medicinae lex. Iusiurandum. Demonstratio quod artes sunt. Inuectiua in obtrectatores medicinae. Quae quidem opera ut latine et emendare (?) legerentur. Curauit Andreas Brentius Patauinus. Francisco Dedo (*Diedo*) Venetorum oratori. — Res nariae a multis certatim dantur amicis. || Grata recessuro munera Dedi tibi: || Haec nos. quae Venetum culto legat ore iuuentus || Ingenii nostri munera parua damus. —— Char. rut. 19 *ff.* com *sign.* Opus prodiit, ut videtur, *Romae apud Stephanum Planck.* Scriptis Hippocratis quiuqoe epistolae interpretis ad diversus praefixae sunt.

—, 4 min. *F.* 1 *a*: Hippocratis de natura hominis De victu De tuenda valetudine Medicinae lex Hippocratis iusiurandum Hippocratis demonstratio q9 artes sunt Hippocratis invectiva iu obtrectatores mediciuae Quae quidem opera ut latine et emendare (?) legerentur Curavit Audreas Brentius Patavinus. *F.* 1 *b tetrastichon, quod in praec. editione, habetur. In fine*: Registrum foliorum. —— 20 *ff.* cum 27 lin. et char. rom. Sine *sign., cust.* et num. *ff.* Interpretis etiam epistolae praefixae sunt.

—, 4 min. *Eadem opuscula cum Fr. Dedi epigrammate.* —— Char. goth. Sine *sign., cust.* et num. *ff.* Duae posteriores editiones ab illa primo loco collocata differunt.

—, f. mai. *F.* 1 *a*: Isagoge Iohannitii Ad Tegni Galieni Primus Liber Medicine. *Sequuntur Philareti opusculum de pulsibus, liber urinarum Theophili, Hippocratis Aphorismi latine cum commentario Galeni ex arabica lingua in latino converso a Constantino Africano Monacho, liber prognosticorum cum commentario Galeni, Galeni Microtechnon cum commentario Haly. In fine*: Explicit Commentum Haly Supra Tegni Ga. —— Char. rom. com *sign.*

β) Cum a. et l. notitia.

1483, f. *F.* 1 *a vacat. F.* 1 *b*: In hoc p̄claro libro sunt ista o͂pa. Primo est liber Iohānitij qui dr̄ isagoge grece: *etc. In fine tituli notitiae*: Primo est liber Iohānitij qui dr̄ isagoge in greco. || Secundo libellus de pulsibus philareti. || Tertio est libell9 Theophili de vrinis. || Quarto sunt Hippocratis aphorismi ĩ ordinē collecti. || Quīto sūt aphi eiusdē cum cōmento Galieni. || Sexto liber ꝓnosticoꝝ eiusdē diuisus in tres ꝑticulas. || Septīo liber regimīs acutoꝝ ɔtinēs q̄ttuor ꝑticulas. || Octauo est li. epidimiaꝝ hip. cū cō. viij. ꝑticulas ɔtinēs || Nono ē libellus hippo. qui intitulatur de nā fetus. || Decīo liber Galieni q̄ dr̄ tegni siue ars parua. || Uudecīo libell9 Gentilis de fulgineo de diuisiōe ꝓ͂c. || Duodecīo libell9 de lege hip. ꝛ libell9 q̄ dr̄ iusiurandū. *F.* 2 *a* (*sign.* a 2): INCIPIVNT ISAGOGE IOHANNITII || AD TERNI GALIENI PRIMVS LIBER || MEDICINE. *In calce, post Hippocratis iusiurandum*: Expletū est opus hoc preclarū artis medicine nomia || tum Artisella Hippocratis:

q̃ᵒ diligētissime accuratissi- || meq; emendatū per dominū Franciscū Argillagnes de || Ualentia: artiū ⁊ medicine doctorē insignē: impressum || Uenetijs summa cura ac sollicitudine Hermāni lichtē- || stein Colonie-is. Anno dominici natalis. m. cccc. lxxxiij. || quarto kalendas apriles. *Registr. Eodem f. b:* Franciscꝰ argilagnes valentinꝰ lectoribꝰ huius libri. s. p. dicit. *Ult. f. a:* Incipit tabula suꝑ libros Tegni que ordinata est eodē ordine quo tabula posita supra ante libros ꝓnosticoꝝ. —— 212 *ff.* duabus columnis et 62 lin. Char. goth. cum *sign.* et num. *ff.* Sic liber in Hainii Repertorio bibliogr. Vol. I. p. 230 no. 1869 indicatur.

1487, f. Iohannitii Isagoge in Tegni. Philareti liber pulsuum. Theophili libellus de urinis. Hippocratis Aphorismi in ordinem collecti. Hippocratis Aphorismi cum commento Galieni. Liber prognosticorum. Liber regiminis acutorum. Liber epidemiarum Aristotelis cum commento. Libellus Hippocratis de natura foetus. Liber Galieni dictus Tegni. Libellus Gentilis de Fulgineo de divisione librorum Galieni. Libellus de lege Hippocratis eiusdemque Iusiurandum. *In fine:* Explicit Hyppocratis iusiurandum in cuiusdam sui libri principio inuentum: et e greco in latinum conversum per Petrum paulum vergerium faciatum. Uenetiis per baptistam de tortis MCCCCLXXXVII. die vigesimo Augusti. —— 212 *ff.* Char. goth. cum *sign.*

1491, f. *F. 1a:* ARTESELA. *F. 1b:* Gregorius a vulpe vincentinus Magnifico domino Marino Georgio. omni disciplina || rum genere eruditissimo. S. P. D. *In fine huius epistolae:* Ista sunt opera que in hoc preclaro libro continentur. || Primo est liber Ioannitii qui dicitur isagoge in greco. || Secundo libellus de pulsibus philareti. || Tertio est libellus Theophili de vrinis. || Quarto sunt hipocratis aphorismi ī ordinē collecti. || Quinto sunt aphorismi eiusdem cum cōmento Galieni. || Sexto liber ꝓnosticorum cum translatione noua ⁊ antiqua. || Septimo liber regiminis acutoruꝫ continēs quatuor particulas. || Octauo est liber epidimiarum hip. cum cō. viii. particulas continens. || Nono est libellus hypp. qui intitulatur de natura fetus. || Decimo liber Galieni qui dicitur tegni siue ars parua. || Undecimo libellus Gentilis de fulgineo de diuisione ⁊cᵒ. || Duodecimo libellus de lege hip. ⁊ libellus qui dicitur iusiurandum. *F. 2 a (sign. a 2):* Incipiunt isagoge Ioannitij ad tegni Galieni. Pri- || mus liber medecine (?) *In calce finito registro:* Impressuꝫ Uenetiis per Philippuꝫ de || pinzis de Caneto Anno salutis dn̄i nr̄i ie || su xp̄i. M. CCCC. lxxxxi. die. xxvi. septebris. *Infra insigne typ. cum litteris* P. PHI. *Ult. f. a:* Incipit tabula suꝑ libros Tegni que ordinata este udē (?) ordine quo tabula posita supra an̄ libros ꝓnostico. —— 194 *ff.* cum 71 lin. et *sign.* et num. *ff.* Char. goth.

1493, f. Iohannitii Isagoge in Tegni. Philareti liber pulsuum. Theophili libellus de urinis. Hippocratis Aphorismi in ordinem collecti. Hippocratis Aphorismi cum commento Galieni. Liber prognosticorum. Liber regiminis acutorum. Liber epidemiarum Hippocratis cum commento. Libellus Hippocratis de natura foetus. Liber Galieni, dictus Tegni. Libellus Gentilis de Fulgineo, de divisione librorum Galieni. Libellus de lege Hippocratis eiusdemque Iusiurandum. *In fine:* Venetiis impressum per Bonetum Locatellum expensis Octauiani Scoti. MCCCCXCIII. —— Char. goth., cum *sign.* Praecedit editioni Gregorii a Vulpe epistola ad Marinum Georgium.

1500, f. *F. 1a:* Articella. || Ista sunt opera que in hoc pre || claro libro continentur. || Primo est liber Iohannitij qui dicitur isagoge in greco. || Secundo libellus de pulsibus Theophili de vrinis. || Quarto sunt hypocratis aphorismi in ordinem collecti. || Quinto sunt aphorismi eiusdem cum commento Galieni. || Sexto liber pronosticoruꝫ cum translatione noua ⁊ antiqua. || Septimo liber regiminis acutorum continens quatuor particulas. || Octauo est liber epidimiarum hyp. cum cōmēto. viij. particulas. || Nono est libellus hyp. qui ītitulatur de natura fetus. || Decimo liber Galieni qui dicitur tegni siue ars parua. || Undecimo libellus Gentilis de fulgineo de diuisione ⁊cᵒ. || Duodecimo libellus de lege hyp. ⁊ libellus qui dicitur iusiurandum. *F. 1b legitur Gregorii a Vulpe epistola ad Marinum Georgium. F. 2 a (num. 1 et sign. a):* Incipiunt isagoge Ioannitij ad tegni Galieni. Pri- || mus liber medicine. *Liber de foetus natura explicit f.* 137 (c. num. 136.) *f.* 138 *a* (c. *num.* 1 *et sign.* A.): Galeni principis medicorum inigro Tegni cū cō- || mento

Hali Rodoam liber incipit. *F.* 187 *a col.* 2: Explicit hypocratis iusiurandū *etc.* || Impressum Uenetijs: per Inānem ɀ Gregorium de || gregorijs fratres. Anno intemerate Uirginis conce- || ptio (?) Millesimoquingentesimo: Benedictione Om-||nipotentis dei: q est bñdictus In secula seculoꝝ. Amē. *Tabula f.* 187 *b incipit et explicit f.* 188 *a. F.* 188 *b registrum et insigne typ. habetur.* —— Char. goth. 1 non num. *f.*, 136 et 49 num. *ff.* et 2 non num. *ff.* Textus 52 lin., et commentarius in margine 66 lin., cum *sign.* et num. *ff.*

1506, 8. Liber hysagoge Joannitii; liber Phylareti de pulsibus; liber Theophili de urinis; iusjurandum Hippocratis; liber pronosticorum Hypocratis; liber afforismorum Hypocratis secundum antiquam translatiunem, et novam pariter Theod. Gazae elegantissimam; collectio affurismurum Damasceni; flosculi in medicina ex Corn. Celso extracti; liber techni Galieni etc. Textus duarum primarum feu primi Avicenne in theorica — textus feu quarte primi: et primi quarti in practica; cantica Avicenne translata a Armengaudo Blasii de montepessulano; textus noni Almansoris de egritudinibus a capite usque ad pedes, collecta Jacobi de partibus in medicina pro anathomia; liber pronosticorum Hypocratis dictus capsula eburnea; descriptio ponderum et mensurarum ex breviario Aiseir in vigilis; ed. Pet. Ant. Puestico. Papie per Jacobum de burgo franco et impensis Barthol. de morandis MDVI. die XII. Januar. —— Sic haec editio in Panzeri Annal. typ. T. IX. p. 553 indicatur.

1507, 8. In hoc volumine ,pno ī q̄ꝛtitate: maxīo || in virtute cōtiuentur infrascripti codices. || Liber hysagoge Joannitii. || Liber Phylareti de pulsibus. || Liber Theophili de vrinis. || Josiuraodum Hypocratis. || Liber pronosticorum Hypocratis. Liber aphorismorū Hypocratis scd'm an || tiquā translatione ɀ nouao pariter Theo || dori Gaze elegantissimam. || Collectio aphorismorum Hypocratis ad || vnamquāqꝫ egritudinem pertinentium. || Liber aphorismorum Damasceni. || Flosculi in medicina ex Cor. cel. extracti. || Liber techni Galieni secūdū antiquā tran || slationem ɀ nuuaꝫ pariter elegantissimā. || Textus duarum primarū fen primi Aui || cenoe in Theurica. || Textus fen q̄rte p̄mi: ɀ p̄ie q̄rti ī practica. || Cantica Auicenne. || Textus noni Almāsoris de egritudinibus || a capite vsqꝫ ad pedes. || Collecta Jacobi de partibus in medicina pro anothomia. *In fine:* Impressum venetiis per Petrum bergo || mensem de quaerengiis. M. ccccc. vii. die || xiii. Mensis Julii. *Infra registrum. Sequitur* 1 *f.* —— Bibl. acad. Lips.

1508, 8. Hippocratis Opera parua, scl. De Natura hominis; De tuenda valetudine; Medicinae Lex; Iusiurandum; Demonstratio, quot artes sunt; Inuectina in Obtrectatores Medicinae, Latine ex versione emendatione Andr. Brentii, Patanini. —— Cum *Symphor. Campegii* opusculo de claris medicinae Scriptoribus et aliis. Lgd., per Cl. Davost, alias de Troya.

(1511), 4. Hippocratis Coi Praesagnrium Libri III. Eiusdem de ratione victus in morbis acutis Libri IV. Interprete Guilielmo Copo Basiliensi, MDXI. —— Praefatio signata est: Lutetiae X. Calend. Apr. MDXI. Alibi annus non indicatus est.

1513, f. Articellae qua continetur: Joanoitii Isagoge. Philareti de pulsibus libellus. Theophili de urina. Hippocratis Aphorismi *etc.* Venetiis per Petrum Bergomensem MDXIII.

1513, f. Liber Aphorismorum Hippocratis cum commentis Galieni. Ej. liber Pronosticorum. Ej. de regimine acutorum morborum cum com. Galieni. Ej. Epidemi cum com. Jo. Alexandrini. Ej. de natura puerorum. Liber tegni Galieni cum com. Hali Rodoam. De divisione librorum Galieni. Hypocratis liber de lege. Ej. Jusiurandum Impressum Venetiis Anno domini 1513. die 14. Junii.

1515, 8 mai. Articella nuperrime impressa cū q̄ꝫplurimis tractatibus pristine impressioni superadditis ut patet in pagina sequenti. †. *Sequitur:* Petri Pomarij Ualeotini Hispani ad lectorem Hexastychon. *etc.* Cum priuilegio. *In fine:* Impressum lugduni per Joannem de la place: impensis Bartholomei troth in vico mercuriali morantis Anno a Virginis partu M. vc. xvi. die quarto Meosis Aprilis. —— ccclxiij num. *ff.* Bibl. acad. Lips.

1519, 8. Articella nuperrime impressa cum quamplurimis tractatibus pristine impressioni superadditis: Petri pomarii Valentini Hispani ad lectores. Hexastychoo. *Cum privilegio. Sunt autem tractatus sequentes.* Hysagoge Joannitii. Phylaretus de pulsibus. Theophilus de urinis. Hyppocrates de lege. Ej. Jusiurandum. Ej. pronostica. Ej. Aphorismorum

duplex translatio. Ej. Collectio Aphorismorum ad unamquamque egritudinem pertinentium. Ej. Regimen Acutorum. Ej. liber Epidemiarum. Ej. de natura fetus. Ej. liber secretorum. Ej. pronostica secundum lunam. Ej. Capsula eburnea. Ej. de humana natura. Ej. de aere et aqua et regionibus. Ej. de Pharmaciis. Ej. de insomniis. Aphorismi Joannis Damasceni. Flosculi ex Cornelio Celso. Parabolae Arnaldi de Villa nova. Libri tres Tegni Galeni, duplici Versione. Textus duarum primarum Fen primi canonis Avicenne. Ej. primi canon. Feo quarte. Ej. Quarti canon. Fen. prime de Febribus. Ej. Quarti can. Textus 3. 4. et 5. Fen. in chirurgia. Ej. Caotica. Tractatus oonus Almansoris de egritudinibus a capite usque ad pedes. Summula Jacobi de partibus super autidotario Mesue. Descriptio ponderum et mensurarmo ex breviario Aiseir. i. vigilis. *In fine:* Impressum Lugduni per Jacobum myt impensis honesti viri Constantini fradin Anno a virginis partu M.V.c.XIX. die quinto Mensis Octobris. —— Sie haec editio in Panzeri Annat. typ. T. IX. p. 517 no. 397 indicatur.

1523, f. Articella. Ista sunt opera, que in hoc preclaro libro continentur. Primo est Liber Joannitii qui dicitur Isagoge in greco *etc.* Venetiis MDXXIII.

1524, — 1526, 12. Hippocratis Aphorismi, Latioo Leoniceno interprete; et Praesagia Latine Copo ioterprete. Paris., ex officina Simonis Colinaei, a Christi solius veri medici nativitate. M. D. XXIIII. VII. Idus Iunias. —— Rep. 1532, 12.

1524, 12. Hippocratis libri de natura humana, Andr. Brentio interprete; de ratione victus in morbis acutis, Gulielmo Copo; Ars medicinalis, Nicolao Leoniceno; Latioe. Parisiis ex officina Simonis Colinaei. M. D. XXIIII.

1525, 8. Articella, nuperrime impressa cū q̄splurimis tractatibꝰ pristine impressiōi su,padditis: vt p3 ī pagina sequeti. Petri pomarij Ualentini Hispani ad lectorē Hexastychō. *Infra insigne typ. In calce:* Impssum Lugduni per Antouiū du Ry. Jmpēsis vo honesti viri Jacobi. q. Frācisci de Giuncta Florentini: oc sociorū. Anno dñi. Mcccccxxv. die. xv. Maij. — Registrum — a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z ꝛ ꝯ 4 A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U. Omues suot quaterniooes. —— Char. goth. duabos columnis nitide impressus liber. ccclxx ff. Panzer hanc editionem non noverat, neque alibi eam adnotatam inveni. Bibl. acad. Lips.

1525, 12. Hippocratis Aphorismi, Latine, interprete Nic. Leoniceno. Accedunt Praesagiorum libri III, interprete Gu. Copum; de ratiooe victus in Morbis acutis libri IV, eodem interprete; de natura humana, interprete Andr. Brentio; de flatibus, interprete Constant. Lascare. Lgd.

1526, 8. Hippocratis Aphorismi, cum Galeni commētariis, Nicolao Leoniceno interprete. — Hippocratis Praedictiones, cum Galeni commētariis, Laurentio Laurentiano interprete. Parisiis, in aedibus Claudii Cheuallonii, sub Sole aureo, in via ad diuum Iacobum. 1526. —— 16 non num. ff. et CCXLVIII ff. Editor fuit Ant. Albus. Bibl. acad. Lips.

1527, 4. Articella, qua cootioetur Johannitii Isagoge gr. Philareti de pulsibus libellus. Theophili de urinis. Hippocratis aphorismi in ordinem collecti; Hippocratis Aphorismi cum comment. Galeni aliaque eiusdem. Lugduni MDXXVII.

1527, 12. Hippocrates de praedictionibus lib. II., de Coacis, de somniis, de flatibus, de carnibus, interprete Fabio Calvo.

1532, f. Hippocratis Aphorismi, cum Galeni Commentariis, Nicolao Leoniceno Viceotino interprete. Item eiusdem Hippocratis Praedictioues, cum Galeoi etiam Commeotariis, Laurentio Laureotiano interprete. Ad Graecum Codicem summa diligeutia recognita (*cura Antonii Albi*). Parisiis apud Simonem Colinaeum. —— Rep. 1532.

1532, 4. Hippocratis Aphorismi; accedunt praesagiorum libri III, de lege, de mente sensuve, secretorum liber, capsula eburnea, iusiurandum. Edidit Pet. Vedelicius, Ohoroiceosis. Cracov.

1532, 12. — Paris. —— V. 1524 et 1581.

1532, — 1543, — 1545, 16. Hippocratis et Galeni libri aliquot, ex recognitione Francisc. Rabelaesii. Lgd., ap. Seb. Gryphium. —— Errant qui textum graecum in hac editione extare indicant.

1532, 12. — Paris., ap. Sim. Colinaeum. —— V. 1524.

1533, 8. Articella, qua continet. Ioannitii Isagoge. Philareti de pulsibus libellus Theophili de urinis *etc.* Argentorati MDXXXIII.

1534, 8. Articella. Ista sunt opera, quae in hoc praeclaro libro continentur. Primo est liber Ioannitii qui dicitur Isagoge in graeco. Philaretus de pulsibus. Theophilus de urinis. Hippocratis Aphorismi. — Einsdem Iusiurandum. Lgd.

1534, 12. Hippocratis de natura humana & victus ratione cum commentario Galeni, Latine, Hermanno Cruserio Campensi interprete. Paris., apud Simonem Colinaeum.

1543, 4. Hippocratis libelli ad artem medicam praeparatorii, interprete Iano Cornario. Basil. —— Hic habentur: Iusiurandum, Lex, de Medico liber, de decoro liber, praeceptiones, de veteri medicina liber, de arte.

1544, f. Hippocratis Chirurgia, e Graeco in latinum conversa a Vido Vidio. Paris. —— In editione insunt libri de ulceribus sive vulneribus, de fistulis, et vulneribus capitis, cum edituris commentariis, de fracturis, articulis, et medici officina, cum Galeni commentariis, denique Galeni liber de fasciis et Oribasii de laqueis et machinamentis.

1567, 4. Hippocratis opera aliqua, vertente Rasario. Saragossae.

1569, 8. Hippocratis Coi, medici vetvstissimi, et omnivm aliorum Principis, de naturae, Temporum anni, & aëris irregularium constitutionum proprijs, huminisq; omnium aetatum morbis, Theoria. Per Clariss. virvm, Iacobvm Curionem, Hofemianum, in inclita Academia Heidelbergensi Medicinae Professorem, ita in enarratione Tertiae Aphorismorū Sectionis exposita, vt non solum rei Medicae, sed & omnibus valetudinis ac vitae tuendae Studiosis magno vsui, commodoq; esse queat. Francofvrti ad Moenvm, Cum Priuilegio Caesareo. M. D. LXIX. —— 348 num. ff. et 16 non num. ff., in quorum ult.: Impressvm Francofvrti ad moenvm, apvd Georgivm Coruinum, Sigismundum Feyerabend, & haeredes VVigandi Galli. M. D. LXIX. Bibl. acad. Lips.

1575, 4. Hippocratis Prognosticon Latina Ecphrasis ex mente Galeni, auctore P. Blondello Calexio Iuliodunensi medico regio & Hippocratis iusiurandi Ecphrasis, Latine per eundem. Lutet., excudebat Mamertus Patissonus in aedibus Roberti Stephani, in vico Bellovaco è regione scholae decreturum.

1581, 12. — Lgd. —— V. 1532 et 1613.

1613, 16. — cum notis Io. Manelphi. Romae. —— V. 1581 et 1638.

1638, 12. — Patav. —— V. 1613 et 1647.

1647, 12. — Venet. —— V. 1638.

1672, 32. Hippocratis aphorismi et iusiurandum. Latine. Rudolphopoli.

1750, 4. Hippocratis aphorismi et prognostica, latine versa, cum recognitione, et Notis Audr. Pastae. Bergomi. —— Rep. 1786 sq.

1786, 8. Hippocratis aphorismi atque praesagia, latine versa, cum recognitione et notis Andr. Pastae, Bergomatis. Accedunt huic ipsi editioni prolegomena, in quibus de aphorismorum praesagiorumque auctore, de utrorumque scriptorum praestantia, deque sententiarum in iisdem contentarum usu disseritur. Valentiae. —— V. 1750 et 1791.

1791, 8 min. Hippocratis aphorismi, atque praesagia latine versa Cum Recognitione, & Notis Clarissimi viri Andreae Pastae Bergomatis. Editio novissima ab Auctore emendata, & Observationibus quamplurimis Medicis aucta. Accedunt huic ipsi Editioni Prolegomena In quibus de Aphorismorum Praesagiorumque Auctore, de utrorumque Scriptorum praestantia, deque sententiarum in eisdem contentarum usu disseritur. Venetiis, MDCCXCI. Typis Petri Qu. Jo. Gatti, Superiorum permissu. —— xlviii, 275 pp. De hac repetitione praecedentis editionis nusquam quid reperi.

1817, 32. Hippocratis prognostica et Prorrhetica, latine et gallice. Edidit E. Pariset. Paris., Cellot. Voll. II. —— 4 fr.

Cc) *Opera singula.*

1) Iusiurandum.

1514, 4. Hippocratis iusiurandum, latine, Nic. Perotto interprete. Paris. —— Rep. 1538.

1528, 8. — latine. —— Cum *Alex. Benedicti* Anatome. Argent.

1538, 4. — — Basil.

1677, 8. —— In Ph. Iac. Schenfelderi Synopsi super pharmacop. August. Ingolst. Legitur etiam in Thesauro antiquitatum et historiarum Italiae Burm. T. IX. 4.

2) Prognostica.

a) Sine l. notitia.

—, 4. Aphorismi Io. Damasceni et Rhasis, cum Prognosticis Hippocratis,

cura Platonis de Benedictis. Bononiae. — Versio ex arabica lingua facta est.

β) Cum l. notitia.

1508, f. PRODICTIONES (?) SIVE PROGNOSTICA HYPPOCRATIS CVM ‖ COMMENTARIIS CLAVDII GALENI, INTERPRETE LAVREN‖TIO LAVRENTIANO FLORENTINO VIRO CLARISSIMO. *Haec f. 1 a. In calce f. 34 b: τέλοσ.* — Florentiae ex archetypo impressum per Ser. Aronium de ‖ Tuhiniis & Aud. de Ghyrlandis de pistorio Anno salutis ‖ M. D. VIII. Septimo Idus Maii. *Infra insigne typ. cum litt.* .A. .A. — Char. rot. 34 *ff.* Bibl. sen Lips.

1512, 4. Hippocratis Praesagiorum libri III, latine interprete Gu. Copo. Paris., ex Officina Henrici Stephani. MDXII.

1516, f. Prognostica Hippocratis, Laurentio Laurentiano Florentino et Guilielmo Copo interpretibus; Galeni Commentarii in eadem, Laurentiano interprete. Parisiis in officina Henrici Stephani MDXVI.

1519, f. — cum Galeni commentariis, Laurentio Laurentiano et Gu. Copo interpretibus. Paris., apud H. Stephanum.

1525, 12. Hippocratis prognostica, latine Gu. Copo interprete. Lgd.

1526, 4. — cum praefatione I. Iac. de Salis. Bononiae.

1532, f. Hippocratis Coi Praesagiorum Libri III, a Petro Vedelicio Polono, Medico Cracoviensi latine redditi. Cracoviae per Hieronymum Vietorem Anno MDXXXII.

1537, 12. — Venet.

1539, 12. — latine. Paris., apud Sim. Colinaeum.

1543, 8. Hippocratis Prognosticorum libri tres, cum Galeni trihus in eosdem Commentariis, Laurentiano interprete. Paris., apud Carolam Guillard. Ex officina Iacobi Bogardi typographi.

